

*Antonio Gonzalez Navarrete.*





12404834B.

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL  
GRANADA

Sala:	B
Altura:	49
Número:	140

R. 41.354 *R. Alfonso*  
*Ricardo* M = Sol

NUMISMATA  
IMPERATORVM ROMANORVM  
PRÆSTANTIORA,  
A IVLIO CÆSARE  
AD  
POSTVMVM ET TYRANNOS.

*anno sexagesimo  
260.*

*Per JOANNEM VAILLANT Bellouacensem  
Doct. Med. & Regium Antiquarium.*

TOMVS PRIMVS.  
DE ROMANIS ÆREIS  
SEV SENATVS CONSVLTO PERCVSSIS.

VI-3n-21



PARISIIS,

Apud ROBERTVM DE NINVILLE, Via Iacobæa,  
sub Scuto Franciæ & Nauarræ.  
Et IACOBVM VILLERY, Via quæ vulgo  
dicta est de la vieille Bouclerie, sub signo Stellæ.

M. D. C. LXXIV.  
CVM PRIVILEGIO REGIS.

THE HISTORY OF  
CEASAR

BY CLAUDIO CLEONI

WITH A HISTORY OF  
CEASAR'S ENEMIES

BY CLAUDIO CLEONI

WITH A HISTORY OF  
CEASAR'S ENEMIES


BY CLAUDIO CLEONI

WITH A HISTORY OF  
CEASAR'S ENEMIES

BY CLAUDIO CLEONI

WITH A HISTORY OF  
CEASAR'S ENEMIES

BY CLAUDIO CLEONI



## PRÆFATIO.



*V V M* mihi Romanam Historiam euoluenti numismata Imperatorum ex agro nostro Bellouacensi eruta, occurrisse, & ex iis res memoria dignas, ab autoribus silentio prætermissas, obseruassem, illa vndique colligere, & series eorum ordinare institui, ut si quid scriptorum diligentiam effugisset, his antiquitatis & veritatis monumentis mihi innotesceret, & jam eorum mihi numerus partim ære meo, partim amicorum ope plusculum increuerat, quum me res domestica Romam veterum hujusmodi elegantiarum, & omnis rei antiquaria parentem vocarunt. Hic quanquam mea me negotia totum sibi vendicarent: respectabam tamen itenidem ad præstantes illas quæ passim occurrebant, eruditæ vetustatis reliquias; nec peruellere me ac pellicere ad sese illarum amor cessauit, donec rebus meis optatum ad finem perductis,

## PRÆFATIO.

quasi mihi redditus, omne in eas studium, contuli; nec iis colendis labori aut tempori, immo nec pecunia pepercit. Dies integros in antiquis monumentis perlustrandis consumebam, nullus mihi locus inaccessus, excelsa Amphitheatri vestigia superauit, profundas catacumbarum quas vocant cavaeras penetraui, nihil intentatum reliqui, quo rei antiquaria arcana scrutarer, & ejus eruditionis fructus ubiores perciperem, frequens mihi sermo cum rei nummaria studiosis, immo cum eorum principibus fuit, inter quos primas tenet Franc. Camelius, vir summae doctrinae, quem CHRISTINA REGINA Bibliotheca & Cimeliarchio praefecit, qui me qua solet urbanitate comiter exceptit, & in nummis fictitiis explodendis, & genuinis acquirendis adiuvit, ipsoque duce mihi primus ad præcipua urbis Cimelia patuit aditus.

Iam nummos ex omni metallo & forma, Latinosque Gracosque congereram, quum è Gallia Romam appulit alter in hoc antiqua supellectilis genere princeps Pet. Seguinus, qui nummorum congeriem à metriennio collectam inspicere dignatus, non ignobilem judicauit, & quosdam selegit, quos mihi Parisios repetenti, ut REGIS CHRISTIANISSIMI nummis adderem, autor fuit, feci quidem eo

## P R A E F A T I O.

libentius, quod Regia istius GAZÆ, uti & Bibliotheca custodem reperi Petr. Carcaium V. Cl. harum rerum peritissimum estimatorem: cuius industria, diligentia, & assiduis curis effectum est, ut Regius nummorum Thesaurus omnia Regum & Principum Cimelarchia numero, integritate, & raritate longe superet, REX enim LVDOVICVS qui armis aequæ & bonarum Artium Musarumque cultu sibi nomen MAGNI quasiuit: MAXIMI certe utrobique meretur.

Si quis elegans aut insignis nummus in hoc scientia & antiquitatis sacrario deest, ei continuo ut addatur nullis sumptibus parcit Illustrissimus Colbertus Regij Aerarij Moderator generalis, ad quem, conciliatore eodem eruditio Cimelarcha, vocatus, ejus jussu totam Italiam perlustrauit, Principum & Ducum Sabauidæ, Hetruria, Parma, & Mutinæ Gazas tanti viri nomine attente obseruauit, & Roma iterum biennio moratus sum, ubi noua & immensa nummorum congeries à me comparata est. Quæ ut ex populorum omnium collectis opibus locupletaretur, jussus ab eo sum in Siciliam proficisci, Graciam, & Asiam minorem peruagari: ubi singulares & nondum inspecti nummi à me collecti sunt, in eo enim

## PRÆFATIO.

admirandum est antiquitatis studium ut nullis limitibus circumscriptum sit, sed noua in dies, et nondum agnita suppeditet.

Continuus iste prouentus, nouum in me studium accendit, describendi in Museis omnibus minus obvia Cæsarum numismata, à quibus omnis abesse falsitatis, nouitatisque suspicio: ut post tot eorum millia tam multis locis ac regionibus obseruata, pronuntiare certo liceret, qua omnium rarissima essent, qua facilius parabilia. Quæ collectio cum à plurimis rei antiquaria cultoribus, apud quos numisma quoddam pro raro, & eleganti notaueram, probaretur, eam ut typis mandarem enixe rogarunt, ut ex aliorum Museis quæ in suis deessent, palam fierent, et nouis ad eos conquirendos stimulus adderetur; sed quum Adolphus Occo Medicus Augustanus iterata editione uberrimum nummorum Imperialium indicem ad singularem usum eorum qui his delectantur vulgauerit, in quos pars nummorum quos collegi descripta est, eorum obsequi studiis recusatam. Institerunt tamen urgere vehementius, ac multa causari: nulla superesse Bibliopolis Occonis exemplaria, & si suppeterent, aliquid tamen accuratius hodie requiri: eum scilicet Latinos nummos quosdam fictios pro-

## P R A E F A T I O.

tulisse , siue indicibus ad se missis , siue oculis atate caligentibus deceptum ; Gracorum descriptionem inemendatam ex libris quibusdam in suum transtulisse : multos è suis imperfectos & mutilos dedisse . Hac in tanta eruditionis viro adnotata deterrebant , & me collectiones priuatas , publicas reddere quam periculosa sit ales monebant ; sed data fides , sapiusque interpellata coegit ut publicos usus propriis anteponerem.


Collectionem nostram in tres partes diuisi-  
mus , nummos prima & mediocris forma areos Romanos seu Senatusconsulto cūsos præmittimus ; deinde Aureos & Argenteos , ut qui in uno metallo triti , in altero rari sint , innotescat ; tertio exteros omnes seu Latinos in coloniis & municipiis signatos , seu Gracos in urbibus Romano Imperio subjectis percussos : sed quum nummi S. C. notati Gallieni tempora non superent , Argentei ab illius aeo usque ad Diocletianum ex Argento non extent , & exteri post illam etatem , non jam urbium suarum nomine sed solis annorum Imperij notis signentur , lucubrationes nostras usque ad tyrannos tantum extendemus , asterisco nummos ab Occone non obseruatos notantes , & quem-

## P R A E F A T I O.

libet Imperatorem, Cæsarem, & Augustam  
elegantiori aut nondum incisa iconे illustran-  
tes. A Romanis æreis ordimur qui si benigne  
à rei antiquaria fautoribus excepti fuerint, ca-  
teri deinceps confidentius prodibunt.

C. IVLIVS.

C. I V L I V S C A E S A R. I



I V L. C A E S A R , oppressa libertate Roma-  
na , Imperij fundamenta stabilire cogitans , inter  
cæteros honores sibi à Senatu decretos , lauream ,  
& vt pecunia , imagine sua signaretur , accepit ,  
cujus tamen nulli ex ære nummi , eo dominante  
percussi , nobis superstites sunt , sed ejus memo-  
riæ ab Augusto successore restituti . Omnes sunt  
ex ære magno , triti , & vulgares .

D. I V L I V S. Caput Iulij laureatum.


Dimidia nauis , sine epigraphie.

*Hic nummus prima magnitudinis , è Museo Illusterrimi \**  
*Senij , ad Thesaurum Regis Christianissimi evectus , raritate .*  
*& elegantia insignis est .*

D I V O S. I V L I V S. Caput Iulij laureatum.

C A E S A R. D I V I. F. Caput Augusti , sine corona .

*Hic nummus primi moduli , obvius est , nisi eximiae cælature .*



AVGVSTVS. ab auunculo Iulio Cæsare adoptatus, Consulibus ad mutinam occisis, per vim adacto Senatu, se Consulem fecit. Cum Lepido, & M. Antonio Imperium Rom. diuisit; illo ob negligentiam suam ad priuatum statum reducto; altero armis superato, & occiso; solus rerum potitus est. Ejus nummi primæ formæ rari sunt, mediocris, obuij.

\* CAESAR. AVGVST. PONT. MAX. TR. P. Caput Augusti laureatum.

AVGVSTAE. MATRI. PATRIAE. figura muliebris capite velato sedens, dextra pateram, sinistra hastam gerens.  
*Hic nummus prime magnitudinis thesauri Regis Christianissimi rarissimus est.*

AVGVSTVS in corona, lauro & rostris composita.

*Hic nummus prime formæ, mole & integritate in Cimmeiarchio Ducis Sabaudiæ rarus est.*

**I O V I . D E O .** Templum quatuor columnarum, in conum \*  
desinens.

*Hic nummus, medij moduli musei Cl. Patini D. Med. Pari-  
siensis, perrarus est.*

**R O M . E T A V G .** Ara cum duabus victoriis, hinc & inde  
cippo impositis.

*Hic nummus prime formæ Cimmelij Illustriſimi Colberti,  
Summi ♂rarij Moderatoris, inter raros habetur, mediæ ob-  
uius & frequens.*

**C. A. in corona laurea.**

*Hic nummus prime magnitudinis, Musei P. Asseline Canon.  
Regul. Congregationis Galliæ Proc. generalis, Romæ, rarus est.*

**S. C. Templum Martis plurimis columnis suffultum, hinc,  
& inde aries, basi impositus.**

*Hic nummus primi moduli rarus, secundi tritus.*

**M. L V R I V S A G R I P P A III. VIR. A. A. A. F. F. in area  
nummi. S. C.**

*Hic nummus prime magnitudinis Cimmel. Ducis Sabandie  
inter rariores recensendus.*

**M. M A E C I L I V S T V L L V S III. VIR. A. A. A. F. F. vt  
supra.**

*Hic nummus prime formæ Thesauri Regis Christianissimi  
rarus est.*

**M. S A L V I V S O T H O . III. VIR. A. A. A. F. F. vt supra.**

*Hic nummus primi moduli, Cimmelij Illustriſimi Harlei,  
Galliarum Regis, Procuratoris generalis, ejusdem est raritatis.*

**D I V O S I V L I V S . Caput Iulij laureatum.**

*Hic nummus prime magnitudinis, quando cœlature elegantis  
est, inter raros habetur.*

\* T. CAESAR AVG. F. AVGVSTVS. Caput Tiberij.  
*Hic nummus mediæ formæ D. Gaillard nobilis Angli rarus est.*

IMP. NERVA. CAESAR. AVGVSTVS. REST. In area  
nummi S. C.

*Hic nummus prime magnitudinis inter raros recensetur.  
Omnes Augusti nummi à Tito Domitiano & Nerua restituti,  
mediocris formæ obuij sunt.*

DIVOS. IVLIVS. In corona laurea.

*Hic nummus primi moduli, non obuius est, præsertim quan-  
do mole insignis est.*

M. A G R I P P A.

5



SOLI Agrippæ, sine Cæsarî, aut Augusti titulo, numismata Senatusconsulto percussa sunt, sed ex ære tantum mediocri : quæ etiam in tanti viri & Augusti generi memoriam à Vespasiani filiis restituta. Ejus nummi, obuij.

M. A G R I P P A. L. F. C O S . I I I . Caput Agrippæ corona rostrata insigne.

I M P . T . A V G . R E S T . Neptunus stans dextra Delphinum sustinens, lœua tridentem gerens.

*Hic nummus mediocris formæ rarus est.*

I M P . D . A V G . R E S T . typus idem.


*Hic nummus secunda magnitudinis à Domitiano restitutus, rario est quam à Tito, in thesauro Regis Christianissimi.*



CAIVS. Agrippæ & Iuliæ Augusti filius, ab auo adoptatus ab ipso, puerili prætexta nondum posita, princeps juuentutis, & Consul designatus, in Armeniam dimissus est. In colloquio vulneratus, Romam rediens, obiit in Lycia. Ejus nummi sunt ex ære medio, inter rariores collocati.

\* C. CAESAR. AVG. F. PONT. COS. Caput Caij sine corona.

AVGVST. PONT. MAX. Caput Augusti laureatum.  
Hic nummus secunde magnitudinis Musei Illustriſſimi Iulij  
Iustiniani D. Marci Venet. Procuratoris perrarus eſt.



L. CAESAR. Caio fratre junior, princeps etiam juuentutis appellatus. In Hispaniam Proconsul ab Augusto missus Massiliæ, quinquaginta diebus ante fratris obitum extinctus est. Incertum an morbo; an Liuiæ dolis, & veneno. Ejus nummi, ex ære mediocri sunt nummis Caij rariores.

L. CAESAR. PRINC. IVVENT. Caput Lucij Cæsaris \* sine corona.


CAESAR. AVGVST. COS. IX. TR. P. Caput Augusti laureatum.

*Hic nummus secundæ magnitudinis Thesauri Regis Galliarum rariſimus est.*

C. ET L. CAESARES AVG. F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. \* Capita aduersa Caij & Lucij.

CAESAR. AVGVSTVS, Caput Augusti laureatum.

*Hic nummus mediocris forma, meus inter rariores habendus.*



TIBERIVS, post extintos Caium & Lucium Cæsares, Iulia eorum matre, illi in uxorem, ab Augusto, tradita; ab eo adoptatus, Imperio succedit. Multarum virtutum capax, omnium vitiorum compos, Miseni in villa Luculana admodum senex decessit, anno Imperij vigesimo tertio. Ejus nummi primæ formæ rarissimi: mediores obuij.

\* TR. CAESAR. AVGUST. F. IMPERATOR. V. Caput Tiberij laureat.

CERES. Figura muliebris sedens dextra spicas.

*Hic nummus prime magnitudinis, Cimmelij Illustrissimi Harlei, eximiæ raritatis, & elegantiæ est.*

CLEMENTIAE. Clypeus in quo caput quoddam.

*Hic nummus primi moduli, Gazæ Christine Reginæ, mole insignis, inter rariſimos computandus est.*

MODERA-

# T I B E R I V S.

9

M O D E R A T I O N I . Clypeus vt in superiori.

*Hic nummus, similis forme, in Cimmelio Emin. Card.  
Buoncompagni, ejusdem est pretij, & raritatis.*

R O M . E T A V G . Ara cum victoriis, hinc & illinc cippo  
impositis, vt in Augusto.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Cimmelij Emin. Card.  
Carpegna, Datarij, rarisimus, mediae, obuius est.*

P O N T . M A X . C O S . I I I . I M P . V I I . T R . P O T . X X .  
Caduceus alatus inter duo cornucopiaz, diuersæ sunt  
epigraphes.

*Hic nummus primi moduli, & mole spectabilis, inter rario-  
res numerandus est, secundi frequens.*

D I V V S . A V G V S T V S . P A T E R . Caput Augusti radiatum. \*

*Hic nummus prima, & mediae forme, Thesauri Regis Gallia-  
rum, rarus, & insignis est. Diuersæ sunt epigraphes.*

D R U S V S . C A E S A R . T I . A V G . F . Caput Drusi sine \*  
laurea.

*Hic nummus mediae forme ejusdem Thesauri eximiae raritatis  
& elegantiae est.*

I M P . T . I N A L I I S , D . C A E S . D I V I . V E S P . F . A V G . R E S T .  
in area nummi S. C.

*Hic mediocris nummus rarius est à Domitiano, quam à Tito  
restitutus.*


I M P . T . C A E S . D I V I . V E S P . F . A V G . P . M . T R . P . P . P .  
C O S . V I I I . R E S T I T V I T .

Cum dupli circulo. In area nummi, S.C.

*Hic nummus, secundæ magnitudinis, Thesauri Regis Gallia-  
rum, vitroque elegantior est.*

B

10 DRVSVS CAESAR.



DRVSVS, Tiberij ex Agrippina filius, patris vitiorum hæres, mortuo Germanico, tribunitiam potestatem cum patre accepit, natis ei ex Liuilla vxore duobus gemellis, at in secunda, Sejani artibus, & vxore conscia veneno extinctus est. Ejus nummi ex ære mediocri nobis supersunt, qui & obuij.


DRVSVS. CAESAR. TI. AVG. F. DIVI. AVG. N.  
Caput Drusi sine laurea.

IMP. T. CAES. DIVI. VESP. F. AVG. REST. In  
area nummi S. C.

*Hic nummus, mediocris formæ, rarus est, sed duplicato circulo; ut & à Domitiano restitutus, rarior habetur in Thesauro Regis Christianissimi.*

\* DRVSVS. CAESAR. TI. AVGVST. F. Caput Drusi.  
TI. AVGVST. F. AVGVSTVS. Caput Tiberij sine laurea.  
*Hic nummus, prima magnitudinis, in Thesauro Regis Galliarum, eximiæ raritatis, & elegantiæ est.*

# NERO CLAVD. DRVSVS. II



S O L I Agrippæ , sine Cæsaris titulo , nummos  
Senatusconsulto percussoſ , ſupra obſeruaui ; nunc  
Druſum Neronem , Tiberij frātrem , ſine hujus  
dignitatis nomine profero ; ſed norunt antiquita-  
tis ſtudioſi , illos , memoriæ Druſi , à Claudio Imp.  
eius filio , ſignatoſ , & à T. Vefpafiano reſtitutoſ .  
Eius nummi , primæ tantum magnitudiniſ repe-  
riuntur , qui & triti ſunt.

**NERO. CLAVDIVS. DRVSVS. GERMANICVS. IMP. \***  
Caput Druſi ſine laurea.

**IMP. CAES. T. DIVI. VESP. F. AVG. P. M. TR.**  
**P. P. P. COS. VIII. REST.** Arcus triumphaliſ pul-  
cherimmoſ.

*Hic nummuſ prime formæ , Cimeliarchy Ducis Sabaudia ,  
ſingulariſ , & eximiæ raritatiſ eſt.*

**IMP. CAES. TI. DIVI. VESP. F. AVG. P. M. TR. \***  
**P. P. P. COS. VII. In medio nummi REST. S. C.**

B ij

## DRVS VS NERO.

*Hic nummus primæ magnitudinis, apud Cl. Patinum, & in ejus thesauro vulgatus, perrarus est.*

\* S.C. sine epigraphe. Figura muliebris dextra florem trifidum. Læua vestem subleuans.

*Hic nummus primi moduli, Cimmelij Em. Card. Maximè rarus est, licet forsan, errore monetarij à nummo Claudij mutuatus.*

*Observandum est, nummos Æreos Drusi Neronis, sine corona reperiri, Argenteos vero, & aureos, laureâ insignitos esse.*



ANTONIA M. Agrippæ, & Octauiax, sororis Augusti, filia, Drusii Neronis vxor, à Caio Imperatore ejus nepote, Augustæ titulo cohonestata, amore ejus in odium conuerso, æreos non obtinuit nummos, qui tamen à Claudio ejus filio, illius memoriæ percussi sunt. Omnes, ex ære medio, & quidem obuij, inspiciuntur.


ANTONIA. AVGVSTA. Caput Antoniæ.

TI. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. IMP.

figura sacerdotis velata stans, dextra simpulum gerens.

*Hic nummus, media forme, solus in Antonia obseruantur.*

*Qui etiſſe frequens & vulgaris, in serie tamen necessarius.*



GERMANICI nulla , licet Cæsaris , & de Germanis triumphatis , numismata , Senatus-consulto , cum capite expressa videmus : Hæc à Caligula filio , & à Claudio fratre , ejus memoriarum percussa sunt , à Tito , & Domitiano restituta , primæ formæ rarissima , mediæ , obuia & vulgaria sunt .

\* GERMANICVS. CAESAR. TI. AVG. F. DIVI. AVG. N.  
Caput Germanici sine laurea.


TI. CLAVDIUS. CAESAR. AVG. GERM. P. M.  
TR. P. IMP. P. P. in area S. C.

*Hic nummus prime magnitudinis , Cimelij Illustrissimi Harlei in Thesauro Cl. Patini prius vulgati , summa raritatis & elegantiæ est .*

IMP. DOM. CAES. DIVI. VESP. F. AVG. REST. In  
medio nummi S. C.

*Hic nummus , mediæ formæ , P. du Moulinet Can. Reg. rarior est , quam à Tito restitutus .*

# AGRIPPINA GERMANICI. 15



P A V C A , & rarissima sunt Germanici , ex ære  
magnō , numismata ; nulla Agrippinæ ejus uxoris , mediocris formæ . Caligula ejus filius , Tibero amplissime funerato , confestim Pandatariam insulam , ad transferendos matris cineres , festinavit , cui Circenses , & Carpentum quo in pompa traduceretur instituit . Ejus nummi frequentes & obuij .

**AGRIPPINA. M. F. MAT. C. CAESARIS. AVGUSTI.**


Caput Agrippinæ .

S. P. Q. R. M E M O R I A E. A G R I P P I N A E. Carpentum à mulis vectum .

*Hic nummus , prime forma , D. Borgolocchi Bononiensis , non obuius est .*

**I M P. T. D I V I. V E S P. F. A V G. P. M. T R. P. P. P. C O S. V I I I. \***  
In area nummi REST. S. C.

*Hic nummus , prime magnitudinis , Thesauri Regis Christianissimi , insignis est , & singularis elegantia .*



CALIGVLA Germanici ex Agrippina filius, à Tiberio Capreas vocatus, puerili prætexta donatus, Augur factus est. Matre in exilium missa, Liuia domum se recepit; à Tiberio adoptatus, ei in Imperio successit, tyrannide omnibus exsus, à Cassio Cherea, & aliis, anno quarto Imperij, trucidatus est. Ejus nummi præsertim mediocres, obuij sunt.


**C. CÆSAR. Avg. GERMANICVS. PONT. MAX. TR. P.**  
Caput Caij laureatum.

**ADLOCVT. COH.** Imp. togatus, adloquitur milites.  
*Hic nummus, primæ formæ, D. du Mont Conf. Ambian. rarus est.*

**AGRIPPINA. DRVSILLA. IULIA.** Tres figuræ muliebres.  
*Hic nummus, primæ magnitudinis, Io. Bapt. Capponi D. & Prof. Bononiensis, inter rariores habetur.*

\* **DIVO Avg.** Tres figuræ sacrificantes coram templo.  
*Hic nummus, cum capite Caligula rarisimus est, apud D. Hermant Soc. Sorb. & Can. Bellonacensem.*

T.I.



CLAVDIVS, occiso Caligula, ejus nepote, ad Imperium raptus est à militibus, ætate jam prouectus; vir natura sœuus, ad omnia tamen pauidus, Libertorum arbitrio gubernans; Britannicum filium, Neroni postposuit, Agrippinæ vxoris artibus, quibus, & veneno necatus est, anno decimo quarto Imperij. Ejus nummi frequentes, & triti.

T I. CLAVD. CAES. AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. \*

Caput Claudij laureatum.

D E B R I T A N N I S. Duo clypei cum vexillo, & aliis signis militaribus.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Thesauri Regis Galliarum, singularis est, & eximia raritatis.*

N E R O. CLAVDIVS. DRVSVS. GERMAN. IMP.  
Arcus triumphalis cum statua equestri, & Germanorum spoliis.



*Hic nummus primi moduli D. Houlon Can. Ambianensis,  
rarus est.*

\* SPES. AVGUSTA. Figura muliebris stans, dextram porrigit figuræ militari, duabus aliis subsequentibus.  
*Hic nummus, prima magnitudinis, Gaze Christina Regine,  
rarisimus est.*

S.C. sine epigraphe. Figura Palladis, galeato capite, stans, dextra clypeum, lœua telum.

*Hic nummus, prime forme, musci P. Asseline inter rares re-  
censeri debet, quasi typus insolitus.*

IMP. T. VES. P. AVG. REST. Spes dextra florem trifidum, sinistra vestem subleuans.

*Hic nummus primi moduli, Ap. D. du Plessis nob. Gallum  
Parisis. Inter rariores collocatur.*


\* Eadem Epigraphe. Figura muliebris, capite velato, sedens, dextra spicas, sinistra tædam ardentem.

*Hic nummus, mediocris forma, Thesauri Regis Galliarum,  
rarus est.*

\* Ead. Epigraphe. Figura muliebris stolata stans, dextra florem trifidum, lœua vestem subleuans.

*Hic nummus, & alij, à Tito restituti, pro raris recen-  
sentur.*

AGRIPPINA. CLAVDII. 19



AGRIPPINA. Germanici filia , Neronis mater , Claudio patruo nupta , Augustæ nomen mox consecuta est, immodicæ ambitionis fœmina, quæ , cum ingentem regnandi pruritum compescere non posset , filij jussu interempta est. Prima ex Augustis æreos nummos à Senatu obtinuit , sed rarissimi sunt.

AGRIPPINA GERMANIC. F. AVG. CAESARIS. \*


Caput Agrippinæ.

S. C. Sine epigraphe. Figura muliebris sedens , dextra spicas gerens.

*Hic nummus , prime formæ , musei Ill. Comitis de Lazara , Patauini , raritate & integritate præstantissimus est.*

S. C. Sine epigraphe; arcus triumphalis.

*Hic nummus , prime magnitudinis , musei Ill. Abbatis Braccesij , Rome , singularis elegantia & raritatis est , apud quosdam tamen dubiæ fidei habetur.*



NERO, matris artibus ad Imperium, anno decimo-septimo electus, primis, summo, Senatus populiique Romani applausu se gessit; subsequentibus vero, totus immutatus, crudelis, tyrannus, hostis nominis Rom. judicatus, extremo suppicio damnatus est, quod ferro, jugulo adacto, declinavit anno Imperij decimo-quarto. In eo, extincta est Iuliorum familia. Ejus nummi vulgares, & obuij.

**I M P . C L A V D . C A E S . A V G . P . M . T R . P . I M P .** Caput Neronis laureatum.

**A D L O C V T . C O H .** Nero togatus stans in suggestu, figura assistente pariter togata, adloquitur cohortes.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Illustissimi D. Mallier du Houssay, Episcopi Tarbensis, inter rariores recensetur.*

**A N N O N A . A V G V S T I . C E R E S .** Fortuna stans, sinistra cornucopiae, ante quam sedet Ceres, capite velato, cum face accensa, intermedia nauis prora.

*Hic nummus primi moduli, obuius & vulgaris, secundi, in Cimeliario Ducis Sabaudiae, rariissimus est.*

**CONGIAR. DAT. POP.** Nero togatus assistentibus aliis \* figuris, in substructione sedens, distribuit Congiarium. Tria Neronis Congiaria obseruantur in nummis, primum, secundo rarius est, tertium vero, in Gaia Christinae Regiae rariissimum. Cuncta sunt prima magnitudinis.

**DECVRSIO.** Duo sunt, cum hac epigraphe, typi, unus cum duabus figuris decurrentibus; alter cum solo equite, præcurrente signifero, & milite subsequente.  
*Hic nummus posterior, Cimel. Emin. Card. Vrsini, Romæ, altero rarius est.*

**M A C. A V G.** Ædificium pulcherrimum.


*Hic nummus, secundi moduli, obuius, primi in Cimel. Christinae Regiae, rariissimus est.*

**P O R T. A V G V S T I.** In aliis, PORT. OST. AVGUSTI. \* Portus, in cuius medio plurimæ naues, cum fluvio decumbente.  
*Hic nummus, prime forme, Cimel. Em. Card. Ottoboni, Veneti, inter rariores habendus, sed mediocris, ap. Cl. Patinum, rariissimus est.*

**S. C. Arcus**, sine epigraphe, supra quem quadrigæ, cum victoriolis.

*Hic nummus, prima magnitudinis, obuius est, secunde in Cimel. Christinae Regiae, rariissimus.*

22 SER. Sulpitius Galba.



GALBA, ad subleuandam Rempublicam, Neronis tyrannide oppressam, in Hispania à militibus electus est, fauente Senatu, sed paulopost crudelitate, auaritia, animi imbecillitate, in se Prætorianorum conſpirationem concitauit, qua trucidatus est in foro Romano. Othone promouente, dignus Imperio, niſi imperasset. Ejus nummi ex ære vulgares & obuij.

IMP. SER. SULP. GALBA. CAES. AVG. TR. P.  
Caput Galbae laureatum.

ADLOCVTIO. Imperator Paludatus, stans in suggestu, adſistente figura militari, adloquitur cohortes.

Hic nummus, prime magnitudinis, Cimelij Illuſtrissimi Lamonijs, Senatus Parisiensis Principis, rariſſimus eſt.

\* AVGVSTA. Figura muliebris, capite velato, ſedens. Dextra pateram, ſinistra hastam puram.  
Hic nummus, prime forme, Thesauri Regis Galliarum, rarus eſt.

**HISPA**NIA. **C**LVNIA. **S**VLP. Imperator Paludatus sedens; sinistra parazonium, dextra victoriam accipit à figura muliebri stante, lœua cornucopie gerente.

*Hic nummus, primi moduli, Cimelij Illustrissimi Harlei, raritate, & elegantia insignis est.*

**HONOS. ET. VIRTU**s. Duæ figuræ stantes, vna hastam dextra, cornucopie lœua, altera galeata, dextra parazonium, sinistra hastam gerens, pede dextro galeæ imposito.

*Hic nummus, primi moduli, apud D. de la Lande I. V. D. Parisiens. pro raro adscribitur.*

**LIBERTAS. RESTITUTA.** Imperator togatus stans, ad cujus pedes figura muliebris procumbit, tertia galeata assistente, sinistra clypeum gerente.

*Hic nummus, prime forme, musei D. Grana, Camberiensis, paululum detritus, inter rariſimos tamen reponendus.*

**LIBERTAS. XL. R.** Figura muliebris stolata stans, dextra pileum, sinistra hastam puram. \*


*Hic nummus, prime magnitudinis, cum his literis XL. R.*

**QVADRAGESIMAE REMISSAE,** exactio[n]is abolitionem denotantiibus, rarus est, sed secunda, in Thesauro Regis Christianissimi rariſimus.

**QVADRAGENS. REMISSAE.** Arcus, aut porticus, supra quem quadrigæ triumphales, tres figuræ nudæ, manibus post terga reuinctis ad arcum properant, quas figura baculo elato insequitur, quod in nummo integerimo obseruandum.

*Hic nummus, media formæ, Cimelij Illustrissimi Seuij, Episc. Atrebatenſis, eximia raritatis, & elegantiae est.*

- \* R E M I S S A E   X X X X . Arcus , aut porticus sine figuris .  
*Hic nummus , primi moduli , integerrimus , Cimelij Illustrissimi Harlei , singularitate , & præstantia insignis est .*
- \* R O M A .   X L .   R . Figura Romæ galeata stans , dextra globum , cui victoriola imposita est , sinistra signum militare .  
*Hic nummus , prima magnitudinis , cum similibus Quadragesimæ notis , in Museo Sangenouefæo , inter rariores habetur .*
- \* R O M A .   R E N A S C E N S . Figura galeata gradiens , dextra globum , insistente , ut supra , victoriola , lœua hastam transuersam .  
*Hic nummus , primæ forme , D . Floriot I . V . D . Parisiens . pro raro collocatur .*
- \* I M P .   T .   V E S P .   A V G .   P .   M .   T R .   P .   V I I I . In area nummi S . C .  
*Hic nummus , primi moduli , in Museo Ill . Abb . Bracensis rarisimus est .*
- \* I M P .   T .   A V G .   V E S P .   R E S T . Figura muliebris stans dextra pileum .  
*Hic nummus mediocris , meus , rarus est .*
- \* Eadem Epigraphe figura muliebris stolata stans dextra com- burenſ spolia ſinistra cornucopiam .  
*Hic nummus secundæ magnitudinis Thesauri Regis Galliarum inter rariores habendus eſt .*



OTHO, patre Consulari genitus, in prima juuentute nimiæ elegantia, & mollitudini deditus, Lusitaniam postea egregie administrauit, primus, Galbam ad occupandum Imperium sollicitauit, spe adoptionis, quam irritam Pisonis electione animaduertens, milites sibi deuinxit, à quibus Imp. salutatus, & trucidato Galba, à Senatu Augustus appellatus est. Aduerso Marte contra Vitellij Duces, pugnans, seipsum, quarto Imperij mense, confudit. Ejus nummi ex ære, omnium Impp. rarissimi sunt.

IMP. OTHO. CAES. AVG. Caput Othonis laureatum. \*  
S. C. in laurea, sine epigraphe.

*Hic nummus, primæ formæ, Cimelij Illustriſſimi Harlæi ex. eſis litteris, ſed mediæ, apud D. du Plessis, nob. Gal. integerri- mus, omnium Othonis nummorum, preſtantissimus eſt.  
De nummis Othonianis in calce libri.*



VITELLIVS, audita Galbae cæde, regnandi cupidus, ab exercitu Germanico Imperator appellatus est, Othonis copiis ad Bebriacum deletis, Romam properans, deposito ad Pontem Milium paludamento, prætextatus, & pacificus ingreditur, deficientibus ad Vespasianum Legionibus, ab ejus exercitu ignominiose, ad scalas gemonias ductus, in Tiberim, vndecimo Imperij mense, vncio tractus est. Ejus nummi ex ære medio, rari sunt, primæ formæ, inter rariores habentur.

\* A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP. AVG. P. M. TR. P.  
Caput Vitellij laureatum.  
ANNONA. AVGVSTI. Duæ figuræ, una stantis fortunæ, altera Cereris sedentis, prora nauis intermedia.  
Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinae Regina rariissimus est.

# VITELLIUS.

27

CERES. AVG. Figura muliebris sedens, dextra spicas, \*  
sinistra hastam puram.  
*Hic nummus, mediae formae, Thesauri Regis Galliarum,  
rarus est.*

CONCORDIA. EXERCITVM. Duæ dexteræ junctæ. \*  
*Hic nummus mediocris, Cimelij Illustrissimi Colberti, summi  
Ærarij moderatoris, inter rariores computandus.*

CONSENSVS. EXERCITVM. Figura militaris, galeata  
to capite, dextra victoriolam, sinistra trophyum.  
*Hic nummus, prime magnitudinis, Musei Cl. Septalæ Pa-  
tricij Mediolanensis, inter rariores collocandus.*

HONOS. ET. VIRTVS. Duæ figuræ stantes, ut in super-  
riori Galbae nummo.  
*Hic nummus, primi moduli, Thesauri Regis Christianissimi,  
inter rariores adscribendus.*

L. VITELLIUS. CENSOR. II. Imperator sedens in sub-  
structione, ex aduerso, superius sedet & alia fig. togata,  
tribus aliis figuris stantibus in imo.  
*Hic nummus prime magnitudinis, Cimelli Illustrissimi La-  
monij, rarissimus est.*

PAX. ET. VIRTVS. Figura togata stans, dextram figuræ  
militari porrigena.  
*Hic nummus mediocris formæ, Cimeliarchij Ducis Vernolyj,  
inter rariores numerandus.*

PAX. GER. ROMA. Figura galeata sedens, lœua innixa \*  
clypeo, dextra victoriolam Vitellio togato & stanti offe-  
rens, à tergo fig. muliebris tunicata adstante.  
*Hic nummus, prime formæ, Cimelij Emin. Card. Maximi,  
eximia raritatis & elegantiæ est.*

D ij

## \* PROVIDENT. Templum, seu potius ara.

*Hic nummus mediocris, Musei Illusterrimi P. Morosini, Senatoris Veneti, rarus est, & elegans.*

ROMA. RENASCENS. Figura galeata stans, dextra victoriolam, sinistra hastam puram.

*Hic nummus mediocris, Thesauri Regis Galliarum, inter elegantiores habetur.*

VICTORIA. AVGVSTI. Victoria scribens in clypeo palmæ arbori appenso.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Cimel. Ducis Vernolij, inter rariores scribitur.*


*Diuersi sunt cum hac epigraphe typi, & moduli.*

\* VRBEM. RESTITUTAM. Imperator paludatus stans, cum duobus adstantibus militibus, figuram muliebrem ad genua procumbentem subleuans.

*Hic nummus, prima formæ, Cimel. Christinae Regine, rareitate, & elegantia præstantissimus est.*

\* VRBS. RESTITUTA. Figura paludata galeato capite stans, dextra extensa victoriolam, sinistra hastam gerens.

*Hic nummus, prima magnitudinis, ejusdem Cimeliarchij, inter rariores habetur.*



VESPASIANVS, contra Vitellium, ab exercitu Syriaco Imperator appellatus, pristinum Reip. statum, & orbi pacem restituit. Titum filium, Tribunitiæ potestatis participem fecit, vt Imperij successionem familiæ suæ perpetuam redideret, spem fefellit euentus, T. & Domitianus ejus filij, sine liberis mortui sunt, ipse longo alui profluvio correptus, anno Imperij nono, obiit. Ejus nummi frequentes, & obuij.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG. P. M. TR. P. P. \*  
P. COS. Caput Vespasiani laureatum.

CONCORDIA EXERCITVM. Duæ dexteræ junctæ,  
signum militare tenentes.

Hic nummus, primæ forme, Cimelij Illustriſimi Marci  
Rozini, Senat. Veneti, rarus est.

HONOS. ET. VIRTVS. Duæ figuræ stantes, vt supra \*  
in Galba, & Vitellio.

*Hic nummus, primi moduli, apud P. du Moulinet, Can. Regul. Lutetiae, rarus est.*

**I M P. A V G. F. C O S. D E S. I I. C A E S A R. A V G. F.**  
DES. Titus & Domitianus paludati, dextra hastam gerentes, sinistra parazonium.

*Hic nummus, prime magnitudinis, apud Ioseph. Magnauaccia, Piët. Bononiensem, rarus est.*

\* **I M P. T. V E S P. C O S. I T E R. D. C A E S A R. A V G. F. C O S.**  
DESIG. Capita Titi, & Domitiani aduersa.

*Hic nummus, media forme, apud Petr. de Cherchemont Galum, inter rariores recensetur.*

\* **I V D A E A. D E V I C T A.** Figura muliebris stans, manibus post terga reuinctis, palmæ arbori adligata.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Cimelij Abb. Bracesij, rarissimus est.*

**P A X. A V G.** Figura muliebris stans, dextra comburens spolia, sinistra ramum olea, pone figuram, columna cui imposita est icuncula, ad pedes columnæ, clypeus.

*Hic nummus, primi moduli Cimelij Emin. Card. Vrsini, Roma rarus est.*

\* **R O M A.** Figura muliebris, septem Romæ collibus insidens, ad quarum radices, lupa cum puerulis.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Cimeliarchij Christine Regine, inter rariores numerandus est.*

\* **R O M A. R E S V R G E S.** Imperator togatus, stans, figuram muliebrem ad genua procumbentem, subleuat; alia galeata stans adsistit, sinistra clypeum gerens.

*Hic nummus, prima forme, Cimelij Illustrissimi Harlei, singularitate, & elegantia præstantissimus est.*

# VE SPASIANVS.

31

**R**OMA. VICTRIX. Figura muliebris galeata , insidens \*  
spoliis , dextra victoriolam , sinistra hastam gerens.  
*Hic nummus mediocris , Thesauri Regis Christianissimi pro  
raro recensetur.*

**S**PES. AVGVSTA. Figura muliebris , sinistra florem ge-  
rens , dextram porrigit militi , duobus aliis subsequen-  
tibus.  
*Hic nummus , primi moduli , in Cimelio Illustrissimi Colberti ,  
rarissimus est.*

**S. P. Q. R. AD SERTORI. LIBERTATIS. PVBLCAE.**  
In corona quercea.  
*Hic nummus , prime magnitudinis , Cimelij Illustrissimi Har-  
lei , raritate , & elegantia , conspicuus est.*

**S. P. Q. R. O. B. CIVES. SERVATOS.** In corona  
quercea.  
*Hic nummus , prime forme , obuius est , sed media , apud Iu-  
lium Zauona D.D. Ioan. & Pauli Præpositum , Rauenna ,  
inter rariores reponendus est.*

**T. ET. DOMITIAN. CAESARES. PRINC. IVVENT.** \*  
Figuræ equestres Titi , & Domitiani decurrentes.  
*Hic nummus , mediocris moduli , apud D. la Lande , rarus est ,  
& insignis.*

**TIT. ET DOMIT.** Titus in substructione togatus sedens , \*  
ex aduerso pariter Domitianus , ante vnumquemque fi-  
gura togata , stans , videtur aliquid recipere.  
*Hic nummus , prime magnitudinis , Cimel. Comitis de Laz-  
ara , perrarus est & eximia raritatis.*

**TUTELA. AVGVSTI.** Figura muliebris sedens vtra-  
que manu Titum , & Domitianum togatos , stantes ,  
fouens.



- \* *Hic nummus, mediae forme, Cimelij Illustriſimi Colberti, inter rariores notandus est.*
- \* **VICTORIA.** AVG. Figura velata stans, dextra pateram, supra aram ignitam, coram templo, coronatur à victoria.  
*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinæ Augustæ, singularis, & rarus est.*
- \* **VICTORIA.** AVGVSTI. Victoria alata stans, dextram porrigit Imperatori paludato, sinistra hastam gerenti.  
*Hic nummus, prime magnitudinis, ejusdem Gazophylacij, rarus est.*
- S. C.** Sine Epigraphe, Templum pacis sex columnis suffultum, multisque statuis ornatum.  
*Hic nummus, prime forme, Cimelij Emin. Principis Card. Medicæi, longe rarius est, quam ex ære mediocri.*
- \* **S. C.** Templum Vestæ, columnis, &c statuis adornatum.  
*Hic nummus, prime magnitudinis, sine epigraphe in Cimelio Comitis de Lazara, rariſimus est, in nummis secundæ, cum hac inscriptione, VESTA, ut plurimum obseruat, in Thesauro Regis Galliarum, ejusdem singularitatis, & elegantiæ est.*
- \* **S. C.** Figura Herculis juuenis & nudi, brachio sinistro columnæ innixo, dextra clauam gerentis.  
*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinae Reginæ, pro raro recensetur.*
- \* **S. C.** Imperator paludatus stans, læua hastam tenens, dextra victoriolam sustinet, ad pedes Imperatoris senex genuflexus, & fig. muliebris tunicata stans, dextram eleuantes, pone palma arbor.  
*Hic nummus, prime forme, Thesauri Regis Christianissimi, Indeam captam designans, raritate præstantissimus est.*

S. C.

S. C. Imperator paludatus eques, captiuum supplantans. \*

*Hic nummus, prima magnitudinis, Cimelij Ducus Vernolij,  
rarius est, quam in Tito, & Domitiano.*

S. C. Quadrigæ triumphales, aurigante Imperatore. \*

*Hic nummus, secunda forme, rarius, quam prima, in museo  
Sangenouæfæo.*

P. M. TR. POT. P. P. P. COS. VIII. CENS. Victoria \*  
alata, Taurum malleolo percutiens.

*Hic nummus, secunda magnitudinis, typi insolentis, in  
Thesauro Regis Galliarum, singularis est.*

S. C. Aquila legionaria, inter duo signa militaria. \*

*Hic nummus, secunda forme, apud P. du Moulinet, pro raro  
haberi debet.*

T. CAES. DIVI. VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. \*  
COS. VIII. In area nummi S. C.


DIVVS. AVGUSTVS. VESP. Vespasianus togatus  
sedens, capite radiato, dextraramum, sinistra hastam  
diuinitatis.

*Hic nummus, primi moduli, in Thesauro Regis Galliarum,  
rarus est.*

Eadem epigraphe & typus.

DIVO. AVG. VESP. Quatuor elephanti trahentes  
currum, in quo statua Vespasiani, dextra hastam, si-  
nistra victoriolam gerentis.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Gazæ Christinae, ra-  
rus est.*



TITVS, Vespasiani filius, cum patre, Tribunitiam potestatem, Censuram, & Consulatus gessit, vir forma & fortitudine insignis; in utroque eloquentiae, & doctrinæ genere præcellens: populo Romano charus, immatura morte, secundo Imperij anno, præuentus est. Ejus nummi, ex omni metallo, frequentes, & obuij.

T. CAES. VESPASIAN. IMP. PONT. TR. P. COS. II.  
Caput Titi Vespasiani laureatum.

CONGIAR. PRIMVM. P. R. DAT. Imperator togatus, sedens in substructione, cum fig. stante, in area duæ aliæ.

Hic nummus, prima magnitudinis, Cimelij Illustriſſimi Colberii, rariſſimus eſt.

CAESAR. DOMITIAN. COS. II. Domitianus togatus in equo, dextra Scipionem eburneum gestans.

*Hic nummus, prime forme, apud Car. Mathioli Roma, rarus est, secundæ, sine epigraphe, obnius est.*

**I T A L I A.** Figura muliebris, capite turrito, insidens globo, dextra cornucopiae, sinistra sceptrum. \*

*Hic nummus, prime magnitudinis, Cimelij Ducis Verno-lij, in Erizzo vulgatus, insignis elegantiæ, & raritatis est.*

**I V D A E A.** Titus paludatus stans, galeato capite, sinistra hastam, dextra victoriolam sustinens, pro pedibus senex genuflexus, & fig. muliebris tunicata stans, dextras eleuantes, pone palma arbor. \*

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinae Augustæ, inter rariſimos collocandus est.*

**I V D A E A. C A P T A.** Imperator paludatus stans, sinistro pede galeæ imposito, dextra hastam, lœua parazonium, sub palma arbore figura muliebris mæsta spoliis insidens, sinistro cubito caput sustentat.

*Hic nummus, rario in Tito, quam in Vespasiano; & prime, quam secundæ forme, diuersi sunt typi.*

**P I E T A S. A V G V S T A.** Figura muliebris velata stans, inter duas figuræ togatas, dextras sibi jungentes.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Cimelij Illuſtrissimi La-  
monij, inter rariores adscribendus.*

**P R O V I D E N T I A. A V G V S T I.** Figura togata globum alteri tradens.

*Hic nummus, primi moduli, musei Equitis Dodington Angli, rarus est.*

**S. C.** Imperator eques, jaculo, hostem in terra prostratum, \* impetens.

*Hic nummus, prime forme, musei Cl. Spon. Med. Lugdun. rarus est.*

# T I T V S.

36

S. C. Titus eques, sinistra Scipionem eburneum, dextra globum, à figura galeata stante recipit.

*Hic nummus, primi moduli, Cimeliū Illustriſſimi Harlai, rariſſimus est.*

\* S. C. Quadrigæ triumphales, Imperatore aurigante.

*Hic nummus, primæ, & secundæ magnitudinis, apud Fabantium Chiari, Pict. Romanum, rarioſt, quam in Vespasiano.*

\* S. C. Porticus Templi Pacis, sex columnis suffulta, quinque statuis adornatur.

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinæ Reginae, rariſſimus est, secundi rarus.*


\* SALVTI. AVGVSTI. Templum, aut aura.

*Hic nummus, primæ formæ, Theſauri Regis Galliarum, rariſtate, & eleganția insignis est.*

DIVO. AVG. T. DIVI. VESPASIAN. Titus togatus insidens spoliis, dextra ramum oleæ gerens.

S. C. Amphitheatrum, sine epigraphe.


*Hic nummus, prima formæ, Cimeliarchij Duci Parmae, inter rariſſimos collocandus.*



IVLIA. è Martia, Titi filia, fl. Sabino Vespasiani nepoti nupta, à Domitiano patruo, licet ante oblata, Marito occiso, abducta est; Iuliæ mortis autor quoque extitit, cum abortium abjicere ei persuasisset, illam in diuarum numerum retulit. Ejus nummi cum capite, mediocres tantum nobis supersunt qui & obuij.

IVLIA. IMP. T. AVG. F. AVGVSTA. Caput Iuliæ. \*  
 CONCORDIA. AVG. Figura muliebris sedens dextra pateram, sinistra cornucopiæ gerens.  
*Hic nummus, secundæ magnitudinis, Thesauri Regis Christianissimi, rarus est.*

DIVAE. IVLIAE. AVG. DIVI. TITI. F. S. P. Q. R.  
 Carpentum.  
 IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. xv.  
 CENS. PERP. P. P. Et in area nummi S.C.  
*Hic nummus, prime forme, apud Dn. la Lande non obuius est, ut & similis Iuliæ Augusti, & Domitillæ Vespasiani, quos loco suo non vulgari, ob capit is defectum.*



DOMITIANVS, Vespasiani filius minor, primis Imperij mensibus, morum suorum reformationi, & propriæ gloriæ studere videbatur; sed paulo post ab instituto deflexit, pristinamque crudelitatem induit, ad cædes amicorum & Senatorum conuersus, omnibus exosus, à cubiculariis, conscientia ejus uxore Domitia, decimo-quinto Imperij anno trucidatus est. Ejus nummi vulgares, & triti.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. CENS. TR. P. P. P.  
Caput Domitiani laureatum.

ANNONA. AVGVSTI. Figura cereris sedentis, & fortunæ stantis, ut in Nerone, & Vitellio.

*Hic nummus, prima formæ, ap. Ioseph. Magnauacca, non obvius est, alius secundæ reperitur cum eadem epigraphe, sed diuerso typo, vulgaris est.*

CONG. II. COS. II. Imperator sedens in substructione,

cum alia figura stante, in imo altera, donatiuum accipiente.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Cimeliarchij Christine Regin.e, inter Congiariorum rariissimos, numeratur.*

Cos. XIIII. LVD. SAEC. FEC. Imperator togatus \* stans, subsecente altera figura pariter togata, & praecuntibus tibibus puellis, dextra elata, palmæ ramum gerentibus.

*Hic nummus, primi moduli, Cimelij Illustriissimi Harlæi, inter rariissimos secularium ludorum, collocatur.*

Ead. Epigraphe. Imperator togatus stans, ante quem plurimæ figuræ genuflexæ, manus attollunt, coram templo quatuor columnarum.

*Hic nummus, prime forme, Cimelij Emin. Card. Buoncompagni, Bononiensis, inter rariores computandus est.*

Ead. Epigraphe. Imperator togatus stans, dextra patetram supra aram ignitam, adstantibus Citharedo, & Tibicine, cum poppa & victima, pro pedibus Imperatoris, figura fluuij dextra cornucopiac gerentis, decumbit.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Cimelij Ducis Vernolij, inter rariores adscribendus.*

Ead. Epigraphe. Imperator togatus sedens in substructione, in cuius basi, F R V G. A C. fruges acceptæ, coram templo; figura togata, altera sequente aliquid offerre videtur Imperatori.

*Hic nummus, primi moduli, Gaæ Emin. Card. Franc. Barberini, Rome inter raros locum habet.*

Ead. Epigraphe. Imp. togatus sedens, ut supra coram Templo, in substructione, in cuius basi, S V F. P. DAT. suffimenta populo data, figura togata aliquid offerre,

aut recipere videtur ab Imperatore, pro pedibus icuncula stans.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Musei Cl. Spon. Lugduni, ejusdem fere, ac superioris, raritatis est.*

*Observandum plurimos, ex ære medio, nummos cum eadem inscriptione, diversis sacrificiis, & typis, inter rarus non haberi, sed pro vulgaribus, & obuiis.*

GERMANIA. CAPTA. Trophæum inter figuram muliebrem humi sedentem, & virilem stantem manibus post terga rejunctis.

*Hic nummus, prima forme, apud Car. Matioli, nec rarus, nec obuius est.*

PRINC. IVVENT. Figura paludata, in aliis togata, dextra Scipionem eburneum gerens.

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinæ Reginæ, rarus est.*

\* S. C. Sine Epigraphe. Figura equestris paludata dextram eleuans.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Cimeliarchij Ducis Mutinae, inter rariores habetur.*

S. C. Imperator eques, figuram militarem, dextra clypeum gerentem, proterens.

*Hic nummus, prima forme, nec obuius, nec rarus est.*

S. C. Quadrigæ triumphales aurigante Imperatore.

*Hic nummus, primi moduli, Cimeliarchij Ducis Parmæ, rarissimus est, secundi, obuius.*

S. C. Imperator paludatus dextram porrigit figuræ militari, ara inter media, aliisque subsequentibus.

*Hic nummus, prima forme, Musei Doct. Sebastiani Gouzonii, Patauji, rarus est; diversi sunt typi.*

S. C.

# DOMITIANVS.

41

**S. C.** Imperator paludatus stans , sinistra hastam gerens , coronatur à victoria ; ex aduerso stat Pallas galeato capite , dextra hastam gestante .

*Hic nummus , primi moduli , Gaz.e Christinae Regin.e , inter rariores numerandus .*

**L I B E R A L I T A S.** A V G. In aliis C O N G. A V G. &c. Imperator distribuens congiarium, adsistentibus aliis figuris.

*Plures & diuersi sunt liberalitatis, seu congiarij typi. Primus obuius: secundus rarus: tertius & quartus triti: quintus inter rariores: sextus & septimus, rariissimi sunt.*

**PROFECTIO.** Avg. Imperator eques , dextra hastam gerens.

*Hic nummus , primæ magnitudinis , Cimeliarchij Ducis Sabaudiae , inter rariores collocandus.*

**PROFECTIO.** Avg. Cos. IIII. Imperator eques , dextra hastam gerens , præeunte milite , tribus , in aliis , quatuor militibus subsequentibus.

*Hic nummus , primæ formæ , Cimelij , Ducis Vernolij , rarus est.*

**PROVIDENT.** Avg. Cos. IIII. Imperator in suggestu , assistente Præfecto Prætorianorum , adloquitur cohortes.

*Hic nummus , primi moduli , Cimelij Illustrissimi Harlæi , elegantissimus est.*

**RELIG.** Avg. Imp. VII. Cos. IIII. Templum quatuor thermis insignitum , in cuius medio Mercurius cippo impositus , dextra crumenam , sinistra caduceum gerit.

*Hic nummus , primæ magnitudinis , Collegij Lugdun. pro raro notatur.*

**RESTITUTORI. ITALIAE.** Imp. VI. Cos. IIII. Imperator paludatus figuram muliebrem capite turrito , in genua procumbentem subleuat.

*Hic nummus , primæ formæ , musei Sangenouefxi , inter raros locum habet.*

\* S. C. Sine epigraphe. Figura equestris paludata , signum militare dextra gerens.

*Hic nummus mediocris , Thesauri Regis Galliarum , inter rariores adscribendus.*

S. C. Quadrigæ triumphales aurigante Imperatore.

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinae Reginæ rarus,  
secundi, tritus est, & frequens.*

**VICT. GERM. IMP. VI. COS. III.** In laurea.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, apud Ios. Magnauacca,  
pro raro habetur, secundæ, vulgaris est.*

**VIRTVS. AVG. aliis ADVENTVS. AVG. IMP. VI. COS.**  
Imperator paludatus, pontem transit subsequentibus  
militibus.

*Hic nummus, primæ formæ, musei Abb. Bracesij, singularis,  
& perelegans est.*


**VOTA. PUBLICA.** Imperator togatus dextram porrigit  
Faustinæ, figura muliebri inter media.

*Hic nummus, primi moduli, in Thesauro Regis Galliarum,  
rarus est, medij tritus, & obuius est.*

**DIVVS. M. ANTONINVS. PIUS.** Caput Marci sine  
laurea.

**CONSECRATIO.** Quadrigæ elephantorum quibus  
insident rectores, thensam trahunt, in qua Imperatoris  
sedentis figura.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, Cim. Em. Card. Maximi,  
inter rariores collocatur.*



FAVSTINA vxor M. Aurelij , cui pro dote Imperium tradidit , idcirco se Augusti Pij filiam in nummis inscribit , vt dignitatis titulum , non tam accepisse à marito , quam illi per matrimonium tulisse ostendat ; id M. Aurelius fatetur , dum eam impudicam & adulteram retinet , exclamans , si repudiamus vxorem , reddamus & dotem . Ejus nummi obuij , & triti .

- \* DIVAE. FAUSTINAE. MATRI. CASTRORVM. Caput Faustinæ velatum.  
AETERNITAS. Duo elephanti trahentes currum , in quo figura velata.  
*Hic nummus, prima magnitudinis, apud Leonardum Agostini, Romæ, inter præstantiores collocandus.*
- \* AETERNITAS. Figura muliebris sedens , quam duæ aliæ gradientes ferunt , vnicuique velo volitante.  
*Hic nummus, primi moduli, apud P. du Moulinet, rarus est.*

## CONSECRATIO. Rogus.

*Hic nummus, prima forma, Cimelij Illustrissimi Colberti, rarisimus est.*

## CONSECRATIO. Faustinæ anima à pauone in cælum delata.

*Hic nummus inter elegantiores recensetur, quando in parte capitinis MATRI. CASTRORVM. legitur, in Cim. Illustrissimi Lamonyj Sen. Paris. Principis.*

## FAVSTINA. AVGUSTA. Caput Faustinæ.

MATRI. CASTRORVM. Figura muliebris sedens, \* dextra phænicem globo impositum, sinistra hastam; ante pedes tria signa militaria.

*Hic nummus, prima magnitudinis, apud D. du Plessis, Lutetia, inter rariores numerandus.*

## S. C. Figura muliebris stolata stans, dextra florem, pro pedibus, hinc pauo, hinc leo. \*

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinae Reginæ, inter rariores habendus.*

## S. C. Templum octaphylum stellis circumdataum, in cuius medio luna crescens cum stella. \*


*Hic nummus mediocris, Thesauri Regij, rarus est.*

## SAECVL. FELICITAS. Duo pueruli sedentes in lectulo.

*Hic nummus, prime, & secundæ formæ, ap. Dominicum Olivæ, non obuius est.*

## S. P. Q. R. Carpentum à duabus mulis vectum.

*Hic nummus, prima magnitudinis, in museo Ill. Franc. Gotifredi, inter rariores numerandus.* \*



ANNIVS. VERVS. M. Aurelij & Faustinae Iunioris filius, Commodi frater natu minor, ab Annia matre nomen habens, falso à Sanctamantio, SEXTVS, appellatus, septennis, execto sub aure, tubere, mortuus est, pater ipsi statuas publicas, & auream in Circensi pompa decreuit, nummos in ejus memoriam conflari jussit, qui eximiæ raritatis, & præstantiæ sunt.

ANNIVS. VERVS. CAES. ANTONINI. AVG. FIL.


Caput Annij Veri, sine laurea.

COMMODVS. CAES. ANTONINI. AVG. FIL.

Caput Commodi fratris, sine laurea.

Hic nummus, primæ forme magnitudinem fere attingens, Cimelij Em. Card. Maximi, singularitate & elegantia præstantissimus est.

Alterum greca epigraphe gaudentem posideo, in quo ab una parte M. Aurelius, in auersa Commodus & Annus fratres se se inuicem ressidentes.



L. VERVS, Ælij Cæsaris F. à M. Aurelio, jussu Hadriani adoptatus, post excessum Antonini Pij, non modo Cæsar, sed Augustus, Imperiique consors, ab ipso factus est, Lucillam filiam ei in vxorem tradidit. Vir mollis & luxuriæ deditus, bellum Parthicum per Legatos maxima ex parte confecit, ad Germanicum properans, in vehiculo subita morte correptus est, anno Imperij vndecimo. Ejus nummi frequentes, & obuij.

L. AVREL. VERVS. AVG. Caput L. Veri laureatum.

AD LOCVTIO. AVG. Imperator in suggestu, adstante figura militari, adloquitur milites.

*Hic nummus, primæ formæ, Musei D. Grana, etiam si exosus, præstantissimus est.*

COS. IIII. Roma insidens spoliis, coronatur à victoria, cui figura galeata stans, dextram porrigit.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Cimeliarchij Ducis Sabaudia, inter rariores scribendus est.*

**FELICITATI.** AVG. TR. P. III. COS. II. Nauis cum remigantibus, & Imperatore in puppi sedente.

*Hic nummus, primi moduli, apud D. Fr. Ricard, Bellonaci, rarus est, sed rarior est secundi, in Thesauro Regis Christianissimi.*

**LIB.** AVGVSTORVM. TR. POT. COS. II. M. Aurelius, & L. Verus sedentes in substructione, distribuunt congiarium, in imo figura stans.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Cimelij Com. Lazara, inter rariores locum habet.*

\* **M. AVR. ANTONINVS.** Avg. IMP. XXXII. Caput M. Aurelij laureatum.

*Hic nummus, prima formae, Thesauri Regis Galliarum, singularis elegantiae est, ac raritatis.*

**PROFECTIO.** AVG. Imperator eques, dextra hastam, praeneunte milite, tribus aliis subsequentibus.

*Hic nummus, primi moduli, in Gazophylacio Em. Card. Maximi, inter rariores recensendus.*

**PROFECTIO.** AVG. TR. POT. III. Imperator eques, dextra hastam.

*Hic nummus mediocris Mus. Ill. Senij Episc. Atrebaten sis, pro raro habetur.*

**REX. ARMENIIS.** DATVS. Diuersæ sunt epigraphes, Imperator sedens in Sella Castrensi, adstantibus tribus figuris militaribus, in imo fig. Regis Armeniarum stans.

*Hic nummus, prima forme, apud D. de Monjeu, Lutetiae, rarus est, sed rarior secunda, in Thesauro Regis Galliarum.*

TR. P. IIII. IMP. II. COS. Imperator eques proster-  
nens captiuum.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Cimelij Em. Card. Buon-  
compagni, rarus est, secundæ, obuius.*

TR. P. IIII. IMP. II. COS. II. Hercules stans, dex- \*  
tra ramum gerit, læua clauam cum pelle leonis.

*Hic nummus, primi moduli, in Thesauro Regis Christianissi-  
mi, singularis est, & elegans.*

TR. P. VIII. IMP. III. COS. III. Imperator palu-  
datus stans, victoriolam porrigit Romæ galeatæ tro-  
phæo insidenti, sinistra hastam gerenti.

*Hic nummus mediocris, ejusdem Thesauri, rarus est.*

VICTORIA. AVG. Victoria in bigis, sinistra palmam \*  
gerens.


*Hic nummus, mediæ forme, meus, inter rariores habendus.*

DIVVS. VERVS. Caput Veri, sine corona.

CONSECRATIO. Quadrigæ elephantorum thensam  
trahunt, in qua Imperatoris sedentis figura.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Cimelij Illustriſſimi  
Lamoni, inter ratos numerandus.*





LVCILLA. M. Aurelij, & Faustinæ junioris filia, L. Veri vxor, impudicitiæ fama, ut mater, laborauit. Mortuo Vero, Claudio Pompeiano, lu&tus tempore nondum expleto, nupsit. Augustæ honores etiamsi priuata, semper obtinuit; à fratre Commodo in exilium missa, deinde occisa est. Ejus nummi obuij sunt; ad quam pertinent illi omnes, quibus LVCILLA AVGVSTA, inscriptio est, non autem ad Lucillam Ælij, solo Cæsaris nomine insigniti.

LVCILLA. AVGVSTA. Caput Lucillæ.

DIANA. LVCIFERA. Figura muliebris stolata stans, vtraque manu facem tenens.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Thesauri Regis Christianiissimi, rarus est.*

\* FORT. RED. Figura muliebris stolata stans, dextra temonem, sinistra cornucopix.

*Hic nummus , primi moduli , Cimelij Ducis Vernolyj , quamuis ad Verum eus conjugem pertinere videatur, inter rares , ut typus insolens , haberi debet.*

**HILARITAS.** Figura muliebris palmam oblongam dextra tenens , sinistra cornucopiae . \*

*Hic nummus , prime forme , ejusdem Cimelij , inter rariores collocandus est.*

**IVNONI. REGINAE.** Figura muliebris sedens , dextra florem gerens . \*


*Hic nummus , prima magnitudinis , Cimeliarchij Christinae Regine , inter rariores computandus.*

**LVCILLAE. AVG. ANTONINI. AVG. F. Caput \***  
Lucilla.

**MATRI. MAGNAE.** Figura muliebris capite turrito , sedens inter duos leones , tympanum inter dextram & genu , sustinens .

*Hic nummus , prime forme , musei Manfr. Septala inter rariores habendus est.*

*Similis sine litteris , à Cl. Spanhemio vulgatus est , Attine cum pileo Phrygio , adstante.*



COMMODVS. M: Aurelij, & Faustinæ Iun. filius, decimo nono ætatis anno, Imperium arripuit, Germanicus jam appellatus, ob expeditionem ab eo in Germaniam suscepitam, spe patrem frustratus, ad omnem laeticiæ, iniquitatisque speciem progressus est. Tandem post saeuissimam tyrannidem, facta in eum conspiratione, anno Imperij decimo tertio, strangulatus est, extincta in illo Antoninorum familia. Ejus nummi obuij sunt.

\* IMP. CAES. M. ANT. COMMODVS. AVG. Caput Commodi laureatum.  
ADVENTVS. AVG. IMP. IIII. COS. II. P. P. Imperator eques paludatus, dextram in sublime attollens.  
*Hic nummus, primi moduli, apud D. Gaillard, rarus est.*

AVTOR. PIET. P. M. TR. P. XIII. IMP. VIII. COS. VI. P. P.  
Figura muliebris stolata stans coram ara, dextra pateram.

*Hic nummus, prime magnitudinis, in Museo Pet. Morosini  
Sen. Veneti, rarus est.*

**A POLLINI. MONETA E. P. M. TR. P. XVI. IMP. VIII.**  
Cos. vi. Apollo nudus dextram capiti admoens, cu-  
bito columnæ innixo, sinistra spicas gerit.

*Hic nummus, prime, & secundæ formæ, Musei Sangeno-  
uefæi, rarus est.*

**APOL. PAL. IMP. VIII. TR. POT. XIII. COS. V. \***  
Apollo veste ornatus, dextra pateram, sinistra lyram.  
*Hic nummus, primi moduli, rarus est, sed secundi, rarior,  
in Thesauro Regis Galliarum.*

**BRITANNIA. P. M. TR. P. X. IMP. VI. COS. IIII. P. P.**  
Figura muliebris galeata sedens, dextra caduceum, læ-  
ua hastam & clypeum.  
*Hic nummus, prime magnitudinis, apud D. Grana, inter ra-  
viores collocandus.*

**BRITT. P. M. TR. P. &c.** Figura muliebris tunicata  
stans, dextra gladium, sinistra coronam gerit.  
*Hic nummus, prime formæ, apud P. du Moulinet, singula-  
ris est, & perelegans.*

**FAUSTINA. AVG. PII. AVG. FIL.** Caput Faustinæ  
junioris.  
*Hic nummus, prime magnitudinis, in Museo Ill. Fr. Gotti-  
fredi, rarisimus est.*

**FID. EXERCIT. P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P.**  
Imperator paludatus stans in suggestu, adloquitur mil-  
ites.  
*Hic nummus, primi moduli, in Cimelio Ill. Serroni Episc.  
Mimatensis, rarus est. Varie sunt epigraphes & typi.*

FORTVNAE. MANENTI. Figura muliebris sedens, dextra capistro equum retinens, sinistra cornucopiæ.

*Hic nummus mediocris rarus est, sed primæ magnitudinis, in Thesauro Regis Galliarum, inter prestantiores scribendus.*

HERCVLI. COMMODIANO. TR. P. XVI. COS. VII.

Hercules stans, sacrificat super aram ignitam coram arbore leonis spoliis ornata, lœua cornucopiæ gerens.

*Hic nummus, secundi moduli, rarus est, sed primi, rarius, in Cimelio Illustrissimi Harlæi.*

HERCVL. ROMANO. AVG. Hercules lœua clauam, &

spolia leonis, dextram imponens trophæo.

*Hic nummus, non tam obuius primæ, quam secundæ forme.*

HERCVL. ROMAN. AVGVST. Claua in laurea.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, apud Iul. Zanonna Rauen. inter rariores collocandus, secundæ tritus & frequens.*

HERCVLI. ROMANO. AVG. Arcus, pharetra & claua.

*Hic nummus, in parte anteriori caput Commodi pelle leonis coopertum habens, primæ formæ, apud D. Lautier Aquisext. rarus est, secundæ vulgaris, & obuius.*

HERC. ROM. CONDITORI. P. M. TR. P. XVIII.

COS. VII. P. P. Hercules agens boues, sinistra clauam, & spolia leonis.

*Hic nummus, cum pelle leonis in parte aniica, primi moduli, Gaze Christine Reginæ, inter rariores collocatur.*

\* IOVI. EXVPER. P. M. TR. P. XIIII. COS. V. P. P.

Iupiter sedens, dextra pateram, pro pedibus aquila.

*Hic nummus, secundæ magnitudinis, apud R. P. Affeline, rarus, sed prime rarius est, ap. Abb. Bracessum, Romæ.*

I. O. M. DEFENSORI. SALVT. AVG. Iupiter nudus

stant, septem trionibus, seu stellis circumdatus, dextra fulmen gerit.

*Hic nummus, prime formæ, Thesauri Regis Galliarum, rariſſimus eſt.*

I. O. M. SPONS. SECVRIT. AVG. Iupiter stans cum pallio, dextra Commodum togatum fouet, sinistra fulmen gestat.

*Hic nummus, prima formæ, Cimelij Duciis Vernoly, inter rariſſimos, locum habet.*

ITALIA. P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. IIII. Figura muliebris, capite turrito, infidet globo, dextra cornucopia, læua sceptrum.

*Hic nummus secundi, rarer eſt, quam primi moduli, in Thesauro Regis Christianissimi.*

LIBERALITAS. AVG. Commodus sedens in substruptione, distribuens congiarium, adſtentibus aliis figuris.

*Varij sunt liberalitatis typi, inscriptiones, & formæ. Primus obuius : secundus rarus, ut & tertius : quartus & quintus triti : sextus inter rariores : septimus rarus : octauus rarissimus.*

MAGNIFICENTIAE. AVG. COS. III. P. P. In laurea. \*

*Hic nummus, secunde magnitudinis, à me in Thesaurum Regis Christianissimi depositus, inter rariores numerandus.*

MATRI. DEV. CONSERVAT. In aliis TR. P. XVI. \* IMP. VIII. COS. VII. Cybele leone vecta, dextra tympanum, læua sceptrum.

*Hic nummus, prime formæ, Cimelij Illuſtrissimi Colberti, rarus eſt.*

MAVRETANIA. in aliis, P. M. TR. P. &c. Figura \*

virilis, cum pileo in capite, dextra capistro equum retenens, sinistra baculum.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, Gaze Christinæ Reginæ, rariſimus est.*

P I E T A T I. S E N A T V S. C o s. v. p. p. Duæ figuræ togatae dextræ sibi jungentes.

*Hic nummus, secundi moduli, rarioſest, quam primi, in Thesauro Regis Galliarum.*

P. M. TR. P. XVII. I M P. VI. C o s. VI. P. P. Imperator paludatus stans, à victoria coronatus, globum porrigit Romæ stanti, prope quam figura muliebris, dextra caduceum gerens.

*Hic nummus, prime forme, Cimelij Ducis Sabaudie, elegantiſimus est.*

P. M. TR. P. vt supra. Imperator togatus coronatur à victoria, dextram porrigit Osiridi, quem comitatur Isis, dextra fistrum tenens.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, Cimelij Illuſtriſſimi Colberti, inter rariores habetur.*

P R O F E C T I O. A V G. I M P. I I I I . C o s. II. P. P. Imperator eques, dextra pilum, præunte milite, tribus aliis subsequentibus.

*Hic nummus, prime forme, Thesauri Regis Christianiſſimi, conſpicuus est, & inter rariores numerandus.*

\* P R O V I D. A V G. P. M. T R. P.... C o s. V. P. P. Nauis cum duobus velis expansis.

*Hic nummus, primi moduli, apud Cl. Spon. D. Med. Lugd. rariſimus est, ut & secundi in Thesauro Regis Christianiſſimi. Alter typus cum velo, litteris exesis, obſeruatur in Gaza Chriſtine Reginæ.*

P R O V I D E N T I A E. A v G. Hercules nudus, pede dextro proræ nauis imposito, spicas accipit à figura muliebri cum proboscide in capite, sinistra sistrum tenente, Hercules clauam trunko arboris impositam, lœua sustinet.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Musei Sangenouefei, inter rariores habendus est.*

S A L. G E N. H V M. C O S. VI. P. P. Dea salus baculum serpente inuolutum lœua tenens, dextra figuram muliebrem in genua procumbentem subleuat.

*Hic nummus, prima formæ, Musei Doct. Marc. Bruni, Venetiis, inter raros recensetur.*

T E M P O R V M. F E L I C I T A S. Quatuor pueruli, quatuor anni tempora designantes.

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinae Reginæ, & secundi apud Cl. Platinum, inter præstantissimos collatur.*

T R. P. II. C O S. P. P. D E G E R. In alio. Cum eadem epigraphe D E. S A R M. trophæum, in cuius imo, duo captiui sedent manibus ad tergum reuinctis.

*Hic posterior nummus priore rarius est, præsertim prima magnitudinis, in Thesauro Regis Christianissimi.*

Ead. epigraphe, D E G E R M. congeries armorum.

*Hic nummus, primi moduli, in Museo Fr. Gottifredi Nob. Rom. rarus est.*


T R. P. V. I M P. I I I I . C O S. II. P. P. Imperator paludatus eques, captiuum supplantans.

*Hic nummus, prime formæ, Musei Abb. Bracensis, Romæ, rarus est.*

T R. P. VI. I M P. I I I I . C O S. III. P. P. Quadrigæ triumphales.

*Diversæ sunt hujus nummi epigraphes, & typi, qui nec triti, nec obvii sunt, prima & secunda magnitudinis.*

- \* **VIRTVTI. AVG. TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. P. P.**  
Imperator paludatus eques, leonem telo confodiens.  
*Hic nummus, prima formæ, Musei D. Gaillard, inter rariores adscribendus.*
- \* **VOTA. PVBLICA. IMP. II. COS. II. P. P.** Imperator velatus, sacrificans supra tripodem, popa & tibicine adstantibus.  
*Hic nummus, prima & secunda magnitudinis, in Thesauro Regis Christianissimi, inter rariores adscribendus.*
- \* **VOTA. SOL. PRO. SAL. P. R. COS. VII. P. P.** Imperator velatus, sacrificans, vt supra, cum popa, victimario, & tibicine adstantibus.  
*Hic nummus, ejusdem formæ, in eodem Thesauro paululum, superiori rarius est.*
- \* **ANNIVS. VERVS. CAES. ANTONINI. AVG. FIL.**  
Caput Annij Veri, fratri Commodi, sine laurea.  
*Hic nummus, primam magnitudinem fere attingens, in Cimelio Em. Card. Maximi, eximiæ raritatis, & elegantie est.*



CRISPINA, Brutij præsentis bis Consulis filia, vxor Imp. Commodi, ei data propter bellum Scythicum, cùm à Patre Cæsar esset renunciatus. An ex eo filios suscepit incertum videretur, sed in adulterio deprehensa, in Insulam Capream primo relegata, ubi jussu Commodi tandem interempta est. Ejus nummi obuij & frequentes.


**C**RISPINA. **A**VG. **C**OMMODI. **A**VG. Caput Crispinæ cum hac epigraphe, non vulgare est. \*

**I**VNONI. **R**EGINÆ. Fig. muliebris dext. pateram, sinistra hastam, pro pedibus pauo.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Cimelij Ducis Vernolyj, rarus est.*

**P**UDICITIA. Fig. muliebris sedens, dext. velo vultum obtegit. \*

*Hic nummus, prime magnitudinis, Thesauri Regis Christianiissimi, ejusdem est raritatis.*



PERTINAX, interfecto Commodo, in Senatum, à Læto Prætorianorum Præfecto, cædis conscio, ductus, Imperator quamvis sexagenario major, appellatus est: vir bonus, sed militibus infensus, quod eorum petulantiam corrigere studebat, ab ipsis quarto Imperij mense confuditur. Ejus nummi secundæ formæ rari sunt, sed primæ rarissimi.

IMP. CAES. HELV. PERTIN. AVG. Cap. Pertinacis laureat.

AEQVIT. AVG. CO S. II. Fig. mulieb. stolata stans, dextra bilancem, fin. cornucopiæ.

Hic nummus, prime & mediae forme, rarus est, prime in Museo Petri Garzoni Sen. Veneti.

DIS. CVSTODIBVS. Fig. muliebris stans, dext. temonem globo impositum, fin. cornucopiæ.

Hic nummus, prime magnitudinis, Cimeliarchij Ducis sambaudiæ, rarisimus est.

**L**AETITIAE. TEMPORVM. Figura muliebris stolata stans, dext. coronam, læua hastam.

*Hic nummus, prima & mediae forme, Thesauri Regis Christianissimi, rarus est.*

**L**IB. AVG. TR. P. COS. II. Imp. sedens in substru- \*  
ctione distribuit congiarium.

*Hic nummus, prime forme, Cimelij Card. Maximi, eximie raritatis & elegantiæ est.*

**L**IBERALITAS. AVG. Figura muliebris stolata stans, \*  
dext. tesseram, sin. cornucopiae.

*Hic nummus, secunde magnitudinis, Thesauri Regis Christianissimi, rarissimus est.*

**O**PI. DIVIN. TR. P. COS. II. Fig. mulieb. sedens,  
dext. spicas.

*Hic nummus, primi & secundi moduli, inter rariores computatur, primi apud D. Gaillard, Angli.*

**P**ROVIDENT. DEORVM. COS. II. Typus est diuersus. In alio fig. muliebris stolata stans, dextram protendens ad globum. In alio, eadem fig. vtramque versus astrum.

*Hic nummus, prima & mediae forme, rarus est. Prima in Museo P. de la Chaise Rect. Coll. Lugd. integerrimus, & elegantissimus est.*

**V**OT. DECEN. TR. P. COS. II. Figura virilis stans togata, in aliis velata, sacrificans coram tripode.

*Hic nummus, prime & mediae forme, inter ratos adscribitur. Prima in Cimelio D. Vernoly, Secunda, meus.*

**V**OTIS. DECENTNALIBVS. S. C. In corona laurea. \*

*Hic nummus, Gaze Christinæ Augustæ, mole & epigraphe rarissimus est; mole inter maximos qui vulgo MEDAGLIONI,*

N iij

*Italicè dicuntur, jure & merito adscribitur. Epigraphe, in nullo alio cujusvis metalli hujus Imperatoris nummo, observatur.*

**DIVVS. PERT. PIVS. PATER.** Caput Pertinacis, sine laurea.


**CONSECRATIO.** Aquila insistens globo.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Cim. Em. Card. Vrsini, Romæ, inter rariores estimandus.*

\* **CONSECRATIO.** Rogus.

*Hic nummus, primi moduli, in Museo Ill. Francisci Gottifredi, nunc in Gaza Christinæ Reginae, anteriori adhuc rarius est.*

*Observandum est Pertinacem in nummis, ex are medio, ut plurimum corona radiata insigniri, idque obuium in aliis Imperatorum nummis.*



IVLIANVS, occiso Pertinace, à Prætorianis Imperium nundinatus, in Senatum venit, vbi S. C. Tribun. pot. accepit, audita, in Syria, Pescennij, & in Pannonia Sept. Seueri electione, à militibus destitutus, à Senatu Imperio abrogatus, tertio Imperij mense trucidatur. Ejus nummi primæ formæ elegantes sunt, secundæ rarissimi.

IMP. CAES. M. SEV. IVLIAN. AVG. Caput Iuliani laureatum.


*Hic nummus, primi moduli, Cim. Ill. Lamonijs, rarus est, secundi illum obseruasse non memini.*

FIDES. MILITVM. Fig. mul. vtraque, sign. militare.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, Musei Pet. Dona, Sen. Veneti, rarus. Media in Thes. Regio, rariſimus est.*

P. M. TR. COS. II. Fig. mul. dext. temonem sin. cornucop.

*Hic nummus, prime forme, D. Aubert, I. C. Bellonac. rarus, secundæ, meus, rariſimus est.*



M. Scantilla, Did. Iuliani vxor; eodem die quo maritus, Imperio potitus est, Augusta Senatus Consulto renunciata est, sed breuis ejus felicitas. Corpus imperfecti Iuliani ad sepulturam ei redditum, in proaui ejus monumento collocauit. Ejus nummi, primæ magnitudinis rari sunt, sed ex ære medio, inter rarissimos adscribuntur.


**MANLIA. SCANTILLA. A V G.** Caput Manl. Scantillæ.

**I V N O . R E G I N A .** Fig. muliebris stans dext. pateram, sin. hastam puram, pro pedibus pauo.

*Hic nummus, prima magnitudinis, apud D. Regnard in urbano Praetorio Parif. Cons. rarus est, media, Cimely S. Genonefæ, rarissimus.*

*Nullus alius, hujus Augustæ, ex omni metallo, typus observatur.*

DIDIA.




D. CLARA Did. Iuliani & Manl. Scantillæ filia, cum matre, Augusta S. C. appellata est: puella formosissima, Germano suo Corn. Repentino nupsit. Post cædem patris, dos, & Augustæ titulus ei à Sept. Seuero sublatuſ est, sed concessum patri- monium. Ejus nummi primi moduli inter raros, sedem obtinent, secundi, nondum ab antiquariis inspecti sunt.

DIDIA. CLARA. A V G . Caput Didiæ Claræ.

HILARITAS. TEMPORVM. Figura muliebris stolata stans, dext. palmam oblongam, fin. cornucopię.

*Hic nummus, primæ formæ, ap. Io. Iacobum Lanagna ciuem Genuensem, ejusdem raritatis ac M. Scantillæ est.*

*Idem typus in nummis aureis & argenteis.*



ALBINVS, Cæsaris dignitatem à Sept. Seuero recepit, quam alias à Commodo recusauerat. Imperij consors factus est, cum Seuerus contra Pescennium in Orientem abiit, sed ab ipso victore & reduce insidiis petitus, quibus detectis, ab utraque parte, ad arma palam ventum est. Post multa prælia vario marte commissa, Albinus vinctus, se ipsum percussit. Ejus nummi primæ formæ rari sunt, secundæ rariores.

D. CLOD. ALBIN. CAES. Caput Albini sine laurea.

CONCORDIA. Fig. muliebris sedens, dext. pateram, sin. cornucopia gerens.

*Hic nummus, prima & secunda forme, inter raros habetur, in Thesauro Regis Galliarum.*

\* COS. II. Æsculapius stans, dextra baculum serpente involutum.

*Hic nummus, mediae formæ obuius, sed prime in Cimelio Ducis Sabaudiae, rariissimus est.*

FELICITAS. COS. II. Figura muliebris stans, dextra ca-  
duceum, aliis pateram, lœua cornucopiæ.

*Hic nummus, secunde magnitudinis, rarus est, prima obuius,  
in Thesauro Regis Galliarum.*

FORT. REDVCI. COS. II. Figura muliebris sedens \*  
dextra temonem sinistra cornucopiæ.

*Hic nummus, primi moduli, rario est, quam secundi in Ci-  
meliarchio M. Ducis Etrurie.*

MINERV. PACIF. COS. II. Figura muliebris galcata  
stans dextra radium, lœua hastam & scutum.

*Hic nummus, prima magnitudinis, obuius, secundæ inter  
rariores habendus est, in Cimel. Ducis Parmæ.*

PROVIDENTIA. AVG. COS. II. Figura muliebris sto-  
lata stans dextra radium, sinistra cornucopiæ, pro pedi-  
bus globus.

*Hic nummus, prima forme, apud Iul. Zanona, Rauenn.e,  
elegantissimus est.*


SAECVLO. FRVGIFERO. Fig. Mercurij cap. radiato  
stans, dextra caduceum alatum, lœua tridentem gerit.

*Hic nummus, primi, & secundi moduli, inter raros num-  
randus est, in Gaia Christine Regine.*

SAECVLO. FECVndo. Fig. vir. cap. radiato, dextr. Ca- \*  
duceum alatum, sin. tridentem.

*Hic nummus, prima & secunda forme, Thesauri Regij, inter  
rariores habendus est.*





SEPT. SEVERVS , ab exercitu Pannonicō , Imperator salutatus , contra Did. Julianum Romam properat , quo occiso , in Orientem contra Pescennium Nigrum ; coque imperfecto , contra Albinum in Galliam ; quo victo & interempto , solus Imperio potitus est . Eboraci in Anglia moriens , anno Regni decimo-septimo , Caracallam & Getam filios , Imperatores simul testamento declarauit . Ejus nummi vulgares , & obuij sunt .

\* IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. Caput Seueri laureatum .

ANNONA. AVGVSTI. CERES. Fig. muliebris , fin. cornuc. stat coram fig. mulieb. velata sedente , dext. pateram supra aram ignitam , fin. tædam , dimidia nauis intermedia .

*Hic nummus , secundæ magnitudinis , Thesauri Regis Christianissimi , singularis elegancia est .*

**A V G V S T I.** Seuerus & Caracalla sedentes in substructio-  
ne, hinc fig. togata, illinc fig. militaris.

*Hic nummus, media forma, ejusdem Thesauri, rariissimus &  
elegantissimus est.*

**A D V E N T V I.** A V G . F E L I C I S S I M O . Imp. eques, præ-  
eunte milite.

*Hic nummus, primi moduli, obuius est; secundi in eodem  
Thesauro, inter rariores adscribendus.*

**F E L I C I T A S . S A E C V L I .** Seuerus sedet inter Caracal-  
lam & Getam in substructione, adstat liberalitas; & alia  
fig. ascendit ad Congiarij distributionem.

*Hic nummus, secundæ magnitudinis, rarus; prime in eodem  
Thesauro, rariissimus & præstantissimus est.*

**L I B E R A L I T A S . A V G V S T I .** Imp. in substructione sedet,  
hinc liberalitas, hinc fig. militaris stans, alia in imo.

*Hic nummus, primæ formæ, Cimely Ducis Vernolyj, inter  
rariores computandus.*

*Congiarium septies distribuisse Sept. Seuerum constat ex num-  
mis, hic solus in ære nobis superstes typus.*

**I N D V L G E N T I A . A V G G . I N . C A R T H .** Cybele equo  
vecta, cap. turrito, dext. sceptrum, læua tympanum.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Musei Marci Rozini,  
Sen. Veneti rarus est; secundæ tritus & frequens.*

**C O S . I I I . L V D . S A E C . F E C .** Bacchus & Hercules stan-  
tes cum attributis.

*Hic nummus, media formæ, Cimely Ducis Vernolyj, inter  
rariores reputandus.*

**C O S . I I I . L V D . S A E C . F E C .** In cippo, hinc & illinc \*  
Bacchus & Hercules cum attributis.

*Hic nummus, mediae formae, Thesauri Regis Christianissimi, rariſſimus est.*

PROFECTIO. AVG. IMP. EQUES, DEXTRA SPICULUM.

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinæ Reginæ, rarus est.*

\* PROF. AVG. P. M. TR. P. XVI. Imperatoreques, præ-  
eunte & subsecente milite.

*Hic nummus, mediae formæ, Thes. Regis Christianissimi, preclarus est, & inter rariores collocandus.*

SAECVLARIA. SACRA. Plurimæ figuræ sacrificantes  
coram templo, in imo fig. fluuij decumbentis.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Cimelij Illustrissimi Har-  
lei, rariſſimus est.*

\* SAECVLARIA. SACRA. Duæ figuræ sacrificantes, ter-  
tia inter media velata.

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinæ Augustæ, rarus est.*

*Idem typus, cum sola epigraphe P. M. TR. P. &c. nummi  
rariatem minuit.*

VICTORIAE. BRITANNICAE. Duæ victoriae alatae  
scribentes in clypeo palmæ arbori appenso, in imo duo  
captiui, manibus post terga reuinctis.

*Hic nummus, prima formæ, Musei P. Affeline, rarus est.*

*Similis typus, cum inscriptione P. M. TR. P. &c. non ita  
elegans, & rarus habetur.*

\* VOTA. PUBLICA. Duæ fig. velatæ, sacrificantes super  
aram ignitam.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Cimelij Abb. Bracesij, in-  
ter rariores habetur.*

P. M. TR. P. X I I I . Portus duabus turribus præmunitus, in cuius medio nauicula.

*Hic nummus mediocris, Musei Sangenouefei, inter rariores adscribendus.*

P. M. TR. P. X V I I I . C O S . I I I . P. P. Imperator paludatus, adſiſtentibus duabus figuris militaribus, adloquitur cohortes.

*Hic nummus, primi moduli, in Gazophylacio Ducis Vernolyj, rarissimus eſt.*

P. M. TR. P. X V I . C O S . I I I . P. P. Imp. eques, dext. hastam.

*Hic nummus, mediæ forme, Thesauri Regis Christianissimi, inter rariores, ſedem habet.*

P. M. TR. P. X V I I I . C O S . I I I . P. P. Imperator paludatus stans cum quatuor aliis figuris militaribus, pro pedibus Imperatoris captiuus humili prostratus.

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christine Reginæ, inter rariores numerandus.*

Ead. Epigraphe. Duæ fig. paludatæ stantes, tertia velata intermedia.

*Hic nummus, primi moduli, in Cimeliarchio Ducis Sabaudie, rarissimus eſt.*

P. M. TR. P. X X . C O S . I I I . P. P. Hercules dextra innixa clauæ, hinc & inde serpens erectus in medio templi.

*Hic nummus mediocris, Thesauri Regis Christianissimi, inter rariores habetur.*

I V L I A . P I A . F E L I X . Caput Iuliæ piæ, Seueri vxoris.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, ejusdem Thesauri, eximie raritatis eſt.*

DIVVS. SEVERVS. Caput Seueri sine corona.

CONSECRATIO. Rogus.

*Hic nummus, prime forma, Cimelij Illustrissimi Lamonyj, inter rariores collocatur.*

CONSECRATIO. Aquila animam Imperatoris in cælum gerens.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, Thesauri Reginis Christianissimi, singularis est elegantiæ, & raritatis.*

\* AFRICA. Figura muliebris stolata stans, cum proboscide in capite, dextra spicas gerens, pro pedibus leo.

*Hic nummus, rarius est secundæ, quam primæ magnitudinis, in Thesauro Reginis Galliarum.*

DIS. AVSPICIBVS. TR. P. III. COS. II. P. P. Bacchus & Hercules stantes, hic cum clava & spoliis leonis, ille cum cantharo & hyena pro pedibus.

*Hic nummus, primæ & secundæ formæ, Cimelij Illustrissimi Colberti, inter rares numeratur.*

\* FIDEI. LEG. TR. P. COS. Figura muliebris stans, dextra victoriolam, sinistra signum militare.


*Hic nummus, primi & secundi moduli, Gazæ Christinae Reginæ, rarus est.*

\* LEG. XIII. GEM. M. V. TR. P. COS. Duo signa militaria seu cohortium, Aquila legionaria intermedia.

*Hic nummus, prime formæ, Cimelij Abb. Bracensis, Romæ, rarus est.*

MVNIFICENTIA. Elephas.

*Hic nummus, rarius est primi, quam secundi moduli, in Thesauro Regio.*



IVLIA Natione Syra, Septimij Seueri vxor,  
Ant. Caracallæ & Sept. Getæ mater, femina pul-  
cherrima, quam adulteriis celebrem, & conju-  
rationis consciam, Seuerus non dimisit. Ipsi tan-  
dem & filiis superstes, audita Caracallæ cæde,  
mortem sibi Antiochiæ consciuit. Inter diuas à  
Senatu relata est. Ejus nummi obuij & triti.

IVLIA. AVGVSTA. Caput Iuliæ.

CERES. Templum pulcherrimum, in cuius medio fi- \*  
gura muliebris stans.

*Hic nummus, prima formæ, Thesauri Regis Christianissimi,  
singularis elegantiæ, & raritatis est.*

Faecunditas. Figura muliebris seminuda humili pro-  
cumbens, sinistra calatho frugum innixa, dextra globum  
tangit, circa quem quatuor pueruli.

*Hic nummus, secunde magnitudinis, apud S. Genouefam,  
Lutetiae, rarus est.*

# IVLIA. PIA.

114

- \* MATER. AVGG. Cybele dext. sceptrum, sin. tympano innixa, sedet in curru quatuor leonibus vecto.  
*Hic nummus, prima forme, rarer est secunda, in Thesauro Regis Christianissimi.*

MATER. AVGG. MATER. SEN. MAT. PAT. Fig. muliebris sedens, dext. ramum, sinistra baculum.  
*Hic nummus, prima magnitudinis rarus, media in Museo Sangenouefeo, rarer est.*

MATRI. CASTRORVM. aliis MATER. fig. muliebris velata stans, dext. pateram, adstant tria signa militaria.  
*Hic nummus, primi, & secundi moduli, in Thesauro Regis Christianissimi, inter rariores adscribendus.*

- \* MATER. DEV M. Cybele sedens, dextra ramum, sinistra innixa tympano.  
*Hic nummus, prima forme, rarer est secunda, in Cimeliar- chio Ducis Mutinæ.*

\* VESTA. MATER. Quatuor figuræ muliebres sacrificantes coram templo, in aliis sex.  
*Hic nummus, prima forme, in Cimelio Ducis Vernoly, inter rariores collocandus, mediae forme, non ita rarus est, & sape cum sola hac epigraphe. VESTA, obseruatur.*

- \* PIETATI. AVGVSTAE. Figura militaris, & altera togata, dextras sibi porrigunt, tertia velata intermedia.  
*Hic nummus, prima forme, Cimelij Illustrissimi Harlei, & mediae, Thesauri Regis Christianissimi, inter rariores reputandus est.*

\* SEPT. SEVERVS. AVG. Caput Seueri laureatum.  
*Hic nummus, primi moduli, in Thes. Regis Christianissimi, singularitatis eximiae est.*


S. P. Q. R. Carpentum à duabus mulis vectum.

*Hic nummus, prime magnitudinis, in Gaza Christinae Regiae, inter rariores scribendus.*

DIVA. IVLIA. AVG. Caput Iuliæ velatum.

CONSECRATIO. Figura Imperatricis à pauone in cælum delata.

*Hic nummus, primi moduli, Gaza magni Ducis Hetrurie, inter rariores numerandus.*



CARACALLA. Seueri & Iuliæ filius, omnium Imperatorum crudelissimus, Plautianum sacerorum interemit; Plautillam vxorem primo relegatam, mortuo ejus filio Antonino, cum filia necari jussit: Seuero patri mortem medicorum ope acceleravit: Getam fratrem supra pectus matris confodit: ipse tandem sexto Imper. anno, à Martiali Centurione, dum oneri leuando intenderet, pugione trajectus est. Ejus nummi triti & obuij.

\* IMP. C. M. AVR. ANTON. PIUS. AVG. Caput Caracallæ laureat.

ADVENTVS. AVG. Fig. equestris pacificatoris habitu. *Hic nummus, prime magnitudinis, Cimelij Ducis Vernolij, rarus est.*

\* ARCVS. Arcus Sept. Seueri pulcherrimus cum fornicibus, ad radices montis Capitolini in foro Romano adhuc erectus.

*Hic nummus, mediae formæ, Thesauri Regis Christianissimi, singularis elegantie & raritatis est.*

**FELICITAS. SAECVLI.** Tres fig. sedentes in substru- \*  
ctione, cum liberalitate stante, in imo fig. togata stans.  
*Hic nummus, secundæ magnitudinis, Musei P. Asseline, ra-  
rus est.*

**INDULGENTIA. AVGG. IN CARTH.** Cybele dext. \*  
ramum, sin. tympanum, leone vecta.  
*Hic nummus, primi moduli, in Museo M. Rozini Sen. Ve-  
neti, inter rariores ponendus, media obuius.*

**IOVIS. CYSTOS.** Templum octo columnarum, in cuius \*  
aditu Iupiter cippo impositus, dextra fulmen, sinistra  
haustum.

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinæ Reginæ, ra-  
rissimus est.*

**IOVI. SOSPIRATORI.** Iupiter dext. fulmen, sin. hastam,  
in Templo quodam quadrat.

*Hic nummus, mediae formæ, Thesauri Regis Christianissimi,  
inter rariores collocandus.*

**LIBERALITAS. AVG.** Imp. distribuens congiarium.  
Plures & diuersi liberalitatis typi.

*Prima rarus, ut & secunda, tertiæ rarissimus, quartæ obuius,  
ut & quinta, septima inter rariores, octauæ tritus, nonæ ra-  
rissimus est.*

**COS. LVDO. SAECVL. FEC.** Duæ fig. vna Herculis \*  
cum clava & exuuiis leonis, altera Bacchi cum thyrsso,  
ad cuius pedes tigris.

*Hic nummus mediocris, meus, inter rariores habendus.*

**FROF. AVG. PONTIF. TR. P. XI. IMP. EQUES DEXT. SPICULUM. \***  
P iiij

*Hic nummus, primæ formæ, Musei Manf. Septala, rarus; secundæ obuius est.*

\* **R E S T I T U T O R. V R B I S.** Roma galeata sedens, dextra palladium, læua hastam, propedibus clypeus.

*Hic nummus modiocris, Thesauri Regis Galliarum, inter rariores computandus.*

**R E C T O R. O R B I S.** Fig. virilis nuda, dext. globum, sin. hastam.

*Hic nummus, primi moduli, Cimelij Ducis Vernolij, rarus est; mediocris vulgaris & frequens.*

**S A E C U L A R I A. S A C R A.** Multæ figuræ sacrificantes coram templo, in imo figura fluuij decumbentis.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, ap. D. Bonfils Canonum Aquisext. singularissimus & rarissimus est.*

**V I C T. B R I T. P. M. T R. P. X I I I. C O S. I I I. P. P.** Victoria manum trophæo imponens, cui adstat figura muliebris manibus post terga reuinctis, in imo capitius.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Cimelij Card. Maximi, rarus est.*

\* **V I R T U S. A V G G.** Imp. paludatus stans, dext. victoriam, sin. hastam, coronatur à fig. galeata.

*Hic nummus, media formæ, Thesauri Regis Galliarum, rarus est.*

\* **V O T A. P V B L I C A.** Imperator capite velato, & sacrificantis habitu star ante aram ignitam, ad cuius ima bos.

*Hic nummus medij moduli, ejusdem Thesauri, inter rariores recensendus.*

\* **V O T A. S O L. D E C. P O N T I F. T R. P. X I. C O S. I I I.**

Figura capite velato sacrificans , tibicine & victimario  
adstantibus.

*Hic nummus , mediocris formæ , Thesauri Regis Christianissimi , inter rariores annumerandus.*

PONTIF. TR. P. VIII. COS. II. IMPER. paludatus \*  
decurrans , dext. spiculum.

*Hic nummus , secundæ magnitudinis , ejusd. Thesauri , rarus est.*

PONTIF. TR. P. XI. COS. III. Nauis Prætoria cum \*  
remigantibus , in cuius puppi sedet Imperator.

*Hic nummus , primi moduli , Gaze Christianæ Reginæ , rarus est.*

PONTIF. TR. P. XII. COS. III. Duo Imperatores \*  
paludati stant dextris extensis , sinistris hastas , pro quo-  
rum pedibus jacet captiuus , manibus post terga reuinctis ,  
ante , & à tergo Imperatorum tres milites.

*Hic nummus , prime formæ , Thesauri Regis Christianissimi ,  
inter elegantiores numerandus.*

PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. Fig. paludata porri-  
gens manū alteri togatæ , tertia velata intermedia.

*Hic nummus , prima magnitudinis , Cimeliarchij Reginæ Chri-  
stianæ , rarus est.*

P. M. TR. P. XVI. IMP. II. COS. IIII. P. P. Circus.

*Hic nummus , primi moduli , Cimeliarchij Card. Leopoldi , in-  
ter rariores collocandus.*

Eadem epigraphe. Quadrigæ triumphales , diuersi typi , &  
variae inscriptiones.

*Hic nummus , prime magnitudinis , Cimelij Card. Buoncom-  
pagni , rarus , mediae obvius est.*

Ead. epigraphe. Imp. in quadrigis coronatur à victoria. \*

*Hic nummus, primæ forme, è Museo Senio in Thes. Regium translatus, inter rariores computandus.*

P. M. TR. P. XVII. IMP. III. COS. IIII. P. P. Imperat. stans in suggestu, adsistentibus duabus fig. militaribus, adloquitur cohortes.

*Hic nummus, primæ forme, Gazophylaci Mag. Ducis Etruria, inter rariores habendus.*

Eadem epigraphe. Imperator paludatus insidens spoliis coronatur à victoria volitante, dextra victoriolam pro pedibus Imp. captiuus genuflexus.

*Hic nummus, primi moduli, rarius est secundi in Cimelio Ducis Sabaudie.*

P. M. TR. P. XVIII. IMP. III. COS. IIII. P. P. Imp. paludatus dextro pede proræ naui imposito, cui fig. mu- lieb. spicas porrigit.

*Hic nummus, primæ forme, non obvius est.*

\* Eadem epigraphe. Imp. eques captiuum prosternens.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, meus, rarus est.*

P. M. TR. P. XX. IMP. III. COS. IIII. P. P. Quadri-  
gæ triumphales aurigante sole.

*Hic nummus, primi moduli, D. Grana, rarus est, media obvius.*

\* Eadem epigraphe. Fig. mul. in curru à tauris vecto.

*Hic nummus, primæ forme, Cimelij Illustrissimi Harlxi, rarus est, media tritus, & frequens.*

\* DIVO ANTONINO MAGNO. Caput Caracallæ sine laurea.

CONSECRATIO. Rogus.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, Thes. Regis Christianissimi, & Cimelij, Ducis Vernolij, singularis elegantia, & raritatis est.*

FVLVIA.



PLAUTILLA, Fuluij Plautiani Prætorianorum Præfeti filia, Caracallæ vxor infausta, cuius odium summa Plautiani autoritas excitauit. Post patris cædem in Siciliam relegata, post mortem filij sui Antonini, jussu mariti cum filia, & Plauto fratre, interempta est. Ejus nummi mediæ tantum formæ obseruantur, qui non obuij sunt.

PLAUTILLA. AVGVSTA. Caput Plautillæ.

CONCORDIA. AVGG. Fig. muliebris sedens cum paterna & cornucopiæ.

*Hic nummus, Thes. Regis Christianissimi, inter rariores ponendus.*

VENVS. VICTRIX. Fig. mulieb. stans, dext. pomum, sin. hastam, pro pedibus icuncula.

*Hic nummus, Cimelij Duciis Vernolij, rarus est.*



GETA. Seueri & Iuliæ filius natu minor, Cæsar post Parthicum bellum à patre appellatus, post ejus obitum testamento, cum fratre Caracalla, Imperator simul renuntiatus est: Diuiso ob eorum discordiam Imperio, facta est matris interuentu inter ipsos reconciliatio, sed ab Antonino simulata, Geta enim nihil tale suspicante, in matris gremio ab ipso trucidatur. Ejus nummi primæ magnitudinis rari sunt, secundæ triti & vulgares.

P. SEPTIMIVS. GETA. CAESAR. Caput Getæ sine corona.

ADVENTVS. AVG. Imperator in equo pacificatoris habitu.  
*Hic nummus, mediocris formæ, Cimeliarchij Gazæ Eſtensis, præstantissimus eſt.*

\* CASTOR. Fig. virilis equum capistro retinens.

*Hic nummus, primæ formæ, Cimeliarchij Gazæ Eſtensis, ratiſsimus eſt; mediæ non obuius.*

**C**ONCORDIA. AVGVSTORVM. Duæ fig. velatae sacrificantes super aram ignitam. \*

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ & Christinae Augusta, inter rariores collocandus.*

**C**ONCORDIAE. AVGG. Dux fig. paludatæ, vtraq. fin. hastam, dextras jungunt, vna ab Hercule, altera à Victoria coronatur. \*

*Hic nummus, prime magnitudinis, Thesauri Regis Christianissimi, inter rariores reputandus.*

*Similis typus cum Epigr. P.M. TR. P.&c. minoris elegantiæ est.*

**C**ONCORDIA. MILITVM. Fig. paludata stans in medio signorum militarium, dext. pateram, fin. hastam.

*Hic nummus mediocris, ejusdem Thesauri, rarus est.*

**D**II. PATRII. Hercules cum clava & exuuiis leonis, & Bacchus cum thyrso & panthera, stantes. \*

*Hic nummus, meus, secundæ formæ, inter rariores adscribendus.*

**F**ELICITAS. SAECVL. Tres fig. sedentes in substru- ctione cum Liberalitate stante, in imo fig. togata stans. \*

*Hic nummus, mediæ formæ, Musei Sangenouefei, pro raro habendus.*

**I**OVI. SOSPITATORI. Iupiter nudus, dext. fulmen, sinistra hastam, in Templo duarum columnarum. \*

*Hic nummus, primi moduli, Cimelij Illustrissimi Harlæi, preclarus & singularis admodum raritatis est.*

**L**IBERALITAS. AVGG. V. ET. VI. Caracalla & Geta sedentes in substruzione, adstat Liberalitas, in imo alia fig. togata. \*

*Hic nummus, prime magnitudinis, Musei Cl. Spon. D. Med. inter rariores collocandus.*

*Nullus alius liberalitatum hujus Imperatoris typus nobis superstes.*

- \* PRINC. IVVENT. Tres figuræ equestres decurrentes.  
*Hic nummus, secundæ formæ, rarus est, & elegans; sed prime præstantissimus & rariſsimus est, in Cimelio Illuſtrifimi Lamonyj.*

SAECVLARIA. SACRA. Plurimæ figuræ sacrificantes coram templo, inimo fig. fluuij decumbentis.  
*Hic nummus, prime magnitudinis, Musei Abb. Bracensis, rariſsimus est.*

- \* SAECVLARIA. SACRA. Duæ figuræ, quarum una paludata, altera togata, sacrificantes coram templo, tertia intermedia.  
*Hic nummus, prime & secundæ formæ, in Thesauro Regis Christianissimi, inter rariores censendus est, in aliis prime formæ cum p. m. tr. p. II. Cos. II. epigraphe obſeruatur.*

- \* SECVRITAS. IMPERII. Figura muliebris sedens, dextram admouet capiti, finistra hastam transuersam, pro pedibus ara ignita.  
*Hic nummus mediocris, Thesauri Regis Galliarum, rarus est.*

- \* VICTORIAE. AETERNAE. AVGG. Caracalla & Geta togati, sibi dextras porrigunt, victoria intermedia.  
*Hic nummus, rarior est prime magnitudinis, quam secundæ, in eodem theſauro.*

- \* VICTORIAE. AVGG. Victoria in bigis.  
*Hic nummus, primi moduli, Gaz & Christine Reginæ, rariſsimus est.*

VICTORIAE. AVGVSTORVM. Duæ fig. quarum una paludata, altera togata, sibi manus porrigunt, Victoria

supratrophæum intermedia, quæ utrique coronam imponit.

*Hic nummus, secundæ magnitudinis, Thesauri Regis Christianissimi, inter rariores numerandus est.*

VICTORIAE. BRITANNICAE. Duæ victoriæ clypeum \* palmæ arbori appensum sustinentes, ut in Sept. Seuero.

*Hic nummus, primæ formæ, in Seuero rarus est, sed in Geta rariſſimus, in Thesauro Regis Christianissimi.*

VICT. BRIT. PONT. MAX. TR. P. II. Victoria sedens, finistra clypeum gerens.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, Musei PP. Societatis Iesu. Paris. rarus est.*

VICT. BRIT. P. M. TR. P. II. COS. II. Victoria alata \* dextram trophæo imponens, cui fig. muliebris alligata est, in imo captiuus procumbens.

*Hic nummus, primæ formæ, in Caracalla rarus, sed in Geta præstantissimus, & rariſſimus est, in Cimelio Illustriss. Harlei.*

VOTA. PVBLICA. Geta sacrificantis habitu, & capite velato, dextra pateram tenet supra aram.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, pro raro habetur, in Thesauro Regis Galliarum.*

PONTIFEX. COS. Hercules cum clava & spoliis leonis, Bacchus cum thyrso & panthera, stantes in aditu templi.

*Hic nummus mediocris, Thesauri Regis Christianissimi, rarus est.*

PONTIFEX. COS. II. Figura Palladis galeata sedens, dextra serpentem pascit oliuæ arbori inuolutum, finistra hastam gerit, pro pedibus sphinx, & clypeus cui noctua infistit.

*Hic nummus, mediae forme, ejusd. Thesauri, rarus est, & elegans.*

PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. II. Duæ figuræ velatae sacrificantes, Vesta intermedia.

*Hic nummus, prima forme, in Museo D. Gaillard Angli, rarus est.*

Ead. epigraphe. Duæ fig. paludatæ, sinistra hastam, dextræ jungunt, à Victoria astante coronatur utraque.


*Hic nummus, prima forme, Thesauri Regis Christianissimi, inter rariores ponendus.*

\* Eadem epigr. Geta stans adstantibus quatuor figuris militari bus, pro pedibus Getæ captiuus humili procumbens.

*Hic nummus, primi moduli, Gazophylacij Illustrissimi Harlei, rariſimus est.*

\* Ead. epigraphe. Geta stans in suggestu cum duabus figuris militari bus, adloquitur cohortes.

*Hic nummus, prima forme, ejusdem Cimelij præstantissimus & rariſimus est.*



MACRINVS, quarto die post occisum Caracallam, cuius cædis erat conscius, à militibus Imperator salutatus est, sed multi ob ejus auaritiam ipsi infensi, ad Elagabalum Mœsæ artibus defecerunt, commissoque inter eos prælio, fusæ sunt Macrini copiæ, & ipse cum filio Diadumeniano, post quatuordecim menses Imperij, interfectus est. Ejus nummi primæ formæ rari sunt, secundæ, obuij.

IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS. AVG.  
Cap. Macrini laureatum.

ANNONA. AVG. Fig. muliebris sedens dext. spicas fin. cornucopiae.

*Hic nummus, prime & secundæ magnitudinis, Thes. Regis Christianissimi, inter raros & elegantes habetur.*

AEQVITAS. AVG. Fig. muliebris stolata stans, dext. \* bilancem, fin. cornucopiae.

*Hic nummus, secundi moduli, ejusd. Thesauri, pro raro & insigni recensetur.*

\* LIBERALITAS. AVG. Figura muliebris, dext. tessera ram, sin. cornucopiae.

*Hic nummus, prima forme, meus, inter rariores collocandus.*

LIBERALITAS. AVGVSTI. Macrinus cum filio sedens in substructione, adstat Liberalitas, in imo fig. togata.

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinae Regine, eximia raritatis & elegantiæ est.*

PROVIDENTIA. DE ORVM. Fig. muliebris stolata stans, dext. radio globum tangens, sin. cornucopiae.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Cimeliarchij Duciis Sabaudie, inter rarios numerandus.*

VICTORIA. PARTH. COS. II. P. P. Victoria insidens spoliis, dext. clypeum sustentans.

*Hic nummus, secundi moduli, rarus est, sed primi in Cimelio Illustrissimi Harlæi, præstantior est.*

VOTA. PVBLICA. Iupiter nudus dext. fulmen, sin. hastam; pro pedibus icuncula.

*Hic nummus, prima forma, Thes. Regis Christianissimi, inter rariores tenendus est.*

PONTIF. MAX. TR. P. II. Quadrigæ triumphales, quibus insidet Imp. coronatus à Victoria.

*Hic nummus mediocris, rarus est, sed primi moduli, Gazæ Christinae Augustæ, rarisimus est.*



DIADVMENIANVS, Macrini filius, à patre factus Cæsar, statim Antoninus propter milites appellatus est. Adolescens formosissimus, Caracallæ natali, hora, & signis ortus, inde Mathematici illum Imperatorem, aut Imperatoris filium prædicarunt; sed hæc in ejus exilium, cum patre enim occisus est. Ejus nummi mediæ formæ rari sunt, sed primæ inter elegantissimos adscribuntur.

M. OPEL. ANTONIN. DIADVMENIANVS. CAES.  
Caput Diadumeniani, sine laurea.


PRINCIP. IVVENTVTIS. Fig. paludata stans, dextra extensa, sin. Scipionem, pone, duo signa militaria.

*Hic nummus, secundæ magnitudinis, rarus est, prime in Cimel. Illustriſimi Harlæi, inter rariores reponitur.*

SPES. PVBLLICA. Spes dext. florem, sin. vestem subleuans.

*Hic nummus primi, & secundi moduli, rarius anteriori, sed cum sola epigraphe, SPES, in Cimeliario Regine Chriſtine, rariſimus est.* \*

R



ELAGABALVS, abductis à Macrino militibus, Mæſæ ejus auiæ artibus, Antoninus ab iis appellatus, delata sunt illi Imperij insignia, Macrino deinde victo, & cum filio imperfecto, Elagabalus nuntios Romam misit, & se Caracallæ filium scripsit, vnde ingens ejus desiderium; sed impurissimus, & crudelissimus Imperator militum odium excitauit, à quibus post annum tertium, cum matre imperfectus est. Ejus nummi primæ formæ, rari sunt, secundæ obuij.

- \* IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS. PIUS. AVG.  
Cap. Elagabali laur.  
ADVENTVS. AVGSTI. Imp. eques habitu pacificatoris, dextram eleuans, sin. hastam.  
*Hic nummus, secundæ magnitudinis, rarus est; sed prime Cimeliarchij M. Ducus Herraria, rarisimus.*
- \* AEQUITAS. PUBLICA. Tres monetæ cum attributis.

*Hic nummus, primi moduli, in Thesauro Regis Christianissimi, rarissimus est.*

**I**NVICTVS. SACERDOS. AVG. Imperator togatus sacrificans coram araignita.

*Hic nummus, prime forme, Cimeliū Ducas Vernolyj, inter rariores habendus.*

**L**IBER. AVG. II. in aliis P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. Imp. sedens in substructione, adstat Liberalitas, in imo al. fig. togata.

*Hic nummus prime, & secundæ magnitudinis, Thesauri Regis Christianissimi, pro rarissimo censendus.*

**L**IBERALITAS. AVGVSTI. III. Fig. mulieb. stolata stans, dext. tesseram, sin. cornucopiae.

*Hic nummus prime forme, ap. D. Iosephum Magnauacca, rarus est.*

Ead. epigraphe. Cum tribus figuris pro congiario.

*Hic nummus, primi moduli, in Gaia Medicea rarissimus est.*

**M**VNIFICENT. AVG. Elephas.

*Hic nummus mediocris, Thes. Reg. Christianissimi, insignis, & præclarus est.*


**S**ACERD. DEI. SOLIS. ELAGABAL. Imp. togatus sacrificans super aram ignitam.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Cimeliarchij Em. Leopoldi Card. Medic. inter rariores collocatur, ut & secundæ forme.*

**P.** M. TR. P. III. COS. III. F. P. Quadrigæ triumphales insidente Imperatore, dext. ramum lauri tenente.

*Hic nummus, primi moduli rarus, sed rarioer est secundi in Thesauro Regis Christianissimi.*


*Nummi Elagabali, ut distinguantur à Caracallæ nummis, in area astrum seu stellam habere debent, eadem enim utriusque capitii epigraphe.*



PAVL A , Iulij Pauli Præfecti filia , vxor Ant. Elagabali , quam duxit , vt celerius pater fieret , cum jam patriæ à Senatu dictus esset , sed paulo post leui de causa eam dimisit . Iussitque priuatam vitam agere , Augustæ nomine & honoribus ei sublatis , patre ejus in exilium missو . Ipsius nummi primæ magnitudinis inter rariores , secundæ , non obuij sunt .

\* IVLIA. PAVLA. AVGVSTA. Caput Iuliæ Paulæ.  
AEQVITAS. PVBLICA. Tres monetæ cum bilance dext. & cornucopiatæ sinistris.  
*Hic nummus , primæ formæ , Cimeliorum Gazæ Christianæ Reginæ , rariſimus est.*

CONCORDIA. AETERNA. Imp. dextram porrigens Au-  
gustæ , fig. velata intermedia.  
*Hic nummus , secundæ magnitudinis rarus ; prime in Thes.  
Regis Christianissimi , eximie raritatis est.*



AQVIL. SEVERA, è Templo Vestalium ab Elagabalo ob formositatem erepta est , quam in uxorem , Iuliâ Paulâ repudiatâ ; duxit , inconstans admodum eam etiam dimisit , aliæ atque aliæ nupsit , iterumque Aquiliam in palatum reduxit . Ejus nummi secundæ formæ non obuij sunt , primæ inter rariores reputantur .

IVLIA. AQVILIA. SEVERA. Avg. Caput Iul. Aquil. Seueræ. \*


AEQUITAS. PUBLICA. Tres monetæ cum attributis.

*Hic nummus, primi moduli, Gaza Christine Augustæ, rarissimus est.*

CONCORDIA. Imp. porrigena dext. Augustæ fig. intermedia.  
*Hic nummus mediocris, Thes. Regij, inter rariores ponendus.*

LAETITIA. Fig. muliebris stolata stans , dext. pateram , \* fin. temonem globo impositum.

*Hic nummus, prima forme, in Gaza Christine Reginæ, ut & secunda, in Thesauro Regio, rarus est.*




SOEMIAS, Ant. Elagabali māter, Syriæ & Phæniciæ cohortes pro filio contra Macrinum suscitauit, easque fugientes è prælio, partim promissis, partim conuitiis ad victoriam reduxit: mulier formosa, sed moribus degener, omnique proteruia insolens, cum Elagabalo interfecta est. Ejus nummi primæ formæ rari sunt; secundæ triti.

IVLIA. SOEMIAS. A V G . Caput Soemiadis.

M A T R I . D E V M . Cybele sedens cum modio in capite, hinc & inde leo.

Hic nummus, primæ formæ, è Museo Illustriſſimi Seny. In Thes. Regium translatus, inter rariores scribendus eft.



MAESA, Imperatorum Ant. Elagabali, & Alex. Seueri Auia, Iul. Soemiadis, & Mamææ mater, Iuliæ Seueri soror, cum qua, Seuero & Caracalla mperantibus, semper degiti n Aula, ab ea à Macrino expulsa, Elagabalo Imperium arte & opibus procurauit, & Alex. Seuero prudentiâ conseruauit, à quo post mortem, inter diuas re-lata est. Ejus nummi obuij & triti sunt.

**IVLIA. MAESA. AVGVSTA. Caput Mæsæ.**


IVNO. Fig. stolata stans, dext. pateram, sin. hastam puram.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, non obuius est.*

**DIVA. MAESA. AVG. Caput Mæsæ velatum.**

CONSECRATIO. Pavo Mæsæ animam in cælos de- \* ferens.

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christinae Reginæ, eximiæ raritatis, & elegantie est.*



ALEX. SEVERVS, à Senatu, occiso Macrino, Cæsar appellatus, deinde ab Elagabalo ejus consobrino, Mæfæ artibus, adoptatus, post eius cædem Imperator salutatus est, omni laudum genere dignus, longe lateque Imperium Romanum propagaturus, deuictis iam Parthis & Persis, atque comparato contra Germanos exercitu, sed dolis Maximini à militibus juxta Moguntiam, cum matre trucidatus est. Eius nummi obuij sunt, nisi Cæsaris titulo insigniti.

IMP. CAES. M. SEV. ALEXAND. AVG. Cap. Alex.  
Seueri laureatum.

AD LOCVTIO. AVGVTI. Imp. paludatus stans in suggestu adſiſtentibus duabus fig. militaribus, adloquitur cohortes.

*Hic nummus, primi moduli, Gaz.e Christiane Regin.e, rarif-  
rissimus eſt.*

\* In Thesauro Regis Christianissimi mediocris forme, cum  
capitib.

*capitib. Alex. Seueri & Mamae, ejusdem elegantiae, & rari-  
tatis est.*

**FELICITAS. TEMPORVM.** Imperator sedens, dextra globum tenens, cui Victoria lauream imponit, & coram eo duæ figuræ muliebres stantes.

*Hic nummus, secundæ magnitudinis, cum iisdem capitibus in Museo Ill. Seny, Episc. Atrebat. inter elegantiores nume-  
randus.*

**FIDES. MILITVM.** Imp. paludatus, lœua hastam, stans \* coronatus à milite, sacrificat coram Ioue ignudo stante, dext. fulmen, sin. hastam gerente.

*Hic nummus, prime & secundæ magnitudinis, Thes. Regis Christianissimi, inter præstantissimos habetur.*

**INDVLGENTIA. AVG.** Imp. paludatus stans, dext. pi- \* lum, à tergo duo signa militaria.

*Hic nummus, mediocris forme à Cl. Seguino vulgatus, nunc in Thes. Regio, inter rariores colligendus.*

**INDVLGENTIA. AVGVST.** Fig. muliebris stolata stans, \* dext. florem, sin. vestem subleuans, ut spes vulgo si- gnatur.

*Hic nummus, primi moduli, ab eod. Cl. Seguino mihi dono  
datus, non inferior est raritate, anteriori.*

**IOVI. VICTORI. P. M. TR. IIII. COS. II. P. P. \***  
Templum pulcherrimum porticibus insignitum, in cu-  
jus medio Iupiter sedens, dext. fulmen, sin. hastam  
gerit.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Gaæ Medicæ, præcla-  
rissimus & rarisimus est.*

**LIBERALITAS. AVGVST.** Imperator sedens in sub-  
structione pro congiario distribuendo.

*Varij sunt liberalitatis typi prima & secunda forme.  
Primus & secundus inter rariores : tertius & quartus , qui &  
secunda magnitudinis reperiuntur , rari : quintus rarissimus est  
cum figura stante & tessera , in Thes. Regio.*

- \* MARS. VLTOR. Figura galeata stans , dextra innixa cly-  
peo , prope , signum militare , lœua hastam gerit.  
*Hic nummus primæ formæ typi insolentis in Thesauro Regis  
Christianissimi , rarus est.*
- \* MONETA. RESTITVTA. Fig. muliebris stolata stans ,  
dext. bilancem , sin. cornucopiae.  
*Hic nummus , secundæ magnitudinis , Cimelij Ducis Verno-  
lii , rarus est.*

PROFECTIO. AVGVSTI. Imp. eques præunte  
Victoria.  
*Hic nummus , primæ formæ , rarus est ; secundæ , meus , inter  
rariores tenendus.*

RESTITVT. MON. Imperator paludatus stans , dext. ex-  
tenſa , sin. hastam.  
*Hic nummus , secundi moduli , non obuius est , primi rarissimus  
in Museo Abbat. Bracensis.*

- \* ROMAE. AETERNAE. Quatuor figuræ sacrificantes co-  
ram templo extaphylo.  
In antica parte , capita Alex. Seueri , & Mamææ.  
*Hic nummus , secundæ formæ , Thesauri Regis Christianissimi ,  
rarissimus est.*
- \* S. C. Amphitheatrum cum meta sudante , extra , tres fig.  
in area duo gladiatores pugnantes.  
*Hic nummus , primæ magnitudinis , Cimeliarchij M. Ducis  
Hetrurie , insignis raritatis , & elegantiæ est.*


P. M. TR. P. V. COS. II. P. P. Thermæ, ut vulgo creduntur, Alexandrinæ.

*Hic nummus, prime, & secundæ formæ, in Thes. Regis Christianissimi, præstantissimus & rarissimus est.*

P. M. TR. P. VIII. COS. III. P. F. Currus triumphalis \* aurigante Imperatore.

*Hic nummus, prime formæ obuius est, sed mediocris cum militibus hinc & inde adstantibus & Imperatore in curru à Victoria coronato, in eodem Thes. Regio, singularis elegantia est.*

P. M. TR. P. VIIII. COS. III. P. P. Imp. sedens, dext. victoriolam, coronatus à Victoria. Ante Imperatorem stat fig. militaris, dext. clypeum gerens in quo vot. x.  
*Hic nummus mediocris, ejusdem Thes. inter rariores reputandus.*



BARBIA. ORBIANA. vxor Trajani  
Decij vulgo credita, in eleganti Alex. Seueriauersæ  
partis nummo Gazæ Buoncompagnianæ, obseruata,  
pro legitima ipsius Alexandri vxore, ab antiqua-  
riis pronuntiata est, de qua licet altum apud Scri-  
ptores silentium, nummi tamen certissima sunt  
veritatis monumenta: quod confirmat nummus  
Traj. Decij in Thes. Regio, in quo vxor Etruscula  
ex aduersa parte scalpta restituitur. Vide Epist.  
Petri Seguini. Sallustiæ nummi primæ, & secundæ  
formæ rari sunt.

SALL. BARBIA. ORBIANA. AVG. Caput Orbianæ.  
CONCORDIA. AVGVSTORVM. Fig. mul. sedens, dext. pateram  
*Hic nummus primæ formæ, Musei Illusterrissimi P. Morosini.*  
*Sen. Veneti, rario est secundæ.*

Ead. epigraphe. Fig. togata, dext. porrigens fig. mulieb.  
*Hic nummus, primi, & secundi moduli, in Thes. Regis Chri-*  
*stianissimi, rario est superiori.*




IVLIA. MAMAEA. Alexand. Seueri mater, sagacitate militum benevolentiam filio conciliavit, industria ejus adoptionem cum Mæsa matre promouit, prudentia cum ab insidiis pœnitentis Elagabali liberauit: femina fortissima, nisi splendorem avaritia obscurasset, quæ mortis suæ, vt & filij causa extitit. Ejus nummi obuij & frequentes,

IVLIA. MAMAEA. Avg. Caput Mamæx.

IVNO. CONSERVATRIX. Fig. muliebris stolata stans.  
*Hic nummus, prime magnitudinis, Gazæ Mediceæ, rarus est.*

FELICITAS. PERPETVA. Figura muliebris sedens à Victoria coronatur, adstantibus duabus fig. muliebribus, quarum una hastam gerit.

*Hic nummus, secundæ formæ, Thes. Regis Christianissimi, raritate & elegantia præstantissimus est.*



MAXIMINVS, vasto & procero corpore præditus, è gregario milite, ad primas dignitates euectus, ab Alex. Seuero in sui perniciem exercitui Romano præficitur. Excitata enim seditione militari, illius artibus, Alexander occisus est, & ipse Imp. salutatus, à Senatu tandem hostis ob crudelitatem judicatus, in castris à propriis militibus, juxta Aquileam, anno Imperij quinto, trucidatus est. Ejus nummi frequentes & obuij.

MAXIMINVS. PIVS. AVG. GERM. Caput Maximini laureatum.

LIBERALITAS. AVGVSTI. Imp. sedens in substru-  
ctione pro congiario distribuendo.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Cimelij Illusterrissimi  
Lamony, inter rariores tenendus est.*

VICTORIA. AVGVSTORVM. Imp. paludatus stans,  
dext. Victor. profert fig. togatæ, adstant duo milites.

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Illustriſimi Harlæi, eleganter & raritate maximè conspicuus est.*

**VICTORIA. GERMANICA.** Imp. paludatus stans, coronatur à Victoria, ad cujus pedes captiuus.


*Hic nummus, secundæ magnitudinis, in Thes. Regis Christianissimi, non obuius est, prime frequens.*

**VOTIS. DECENNALIBVS.** In corona laurea.

*Hic nummus, prima & secunda formæ, in eodem Thesauro, inter rariores censemur.* \*

**P. M. TR. P. II. COS. P. P.** Quadrigæ triumphales australigante Imperatore à Victoria coronato.


*Hic nummus mediocris, rarius est prima magnitudinis, in Museo Illustriſimi Senij Episc. Atrebat.*



PAVLINAE nominis nulla apud Historicos mentio pro Maximini vxore, eam tamen esse affirmant antiquitatis periti ex ejus nummis pro hujus æui cælaturâ, & eadem quam in Maximini numismatum forma & metallo, præter faciei lineamenta Maximo filio similia. Ipsa primis Imperij conjugis annis extincta, inter Diuas relata est. Eius nummi primæ formæ rari sunt, secundæ non reperiuntur.

- \* **DIVA. PAVLINA.** Caput Paulinæ velatum.  
**CONSECRATIO.** Pauo animam Paulinæ in cælum ferens.  
*Hic nummus, prime magnitudinis, Musei P. Morosini Sen. Ven. rarus est.*
  
- \* **CONSECRATIO.** Currus duorum equorum supra quem figura muliebris circumdata velo, dextra tædam.  
*Hic nummus, prime magnitudinis, Gazophylacij Christinæ Reginæ, præstantia, & raritate singularis est.*

C. IVL.




MAXIMVS, eximiæ formositatis adolescens, Maximini Imp. & Paulinæ filius, à patre Cæsar & Imperij particeps factus, deuictis Germanis, cognomen Germanici, vt & pater accepit, eandem cum illo sortem expertus, proditorie juxta Aquileam à militibus imperfectus est. Ejus nummi primæ & secundæ magnitudinis vulgares & triti.

MAXIMVS. CAES. GERM. Caput Maximini sine laurea.

VICTORIA. AVGUSTORVM. Figura paludata dextram porrigit figuræ togatæ, hinc & inde adstant duæ fig. militares.

*Hic nummus, prime formæ, Thesauri Regis Christianissimi, rarius & eleganter est nummo ejusdem typi Maximini patris.*



GORDIANVS pater, Africæ Proconsul, Imperator contra Maximum Thysdri appellatus, à Senatu confirmatus est, & ipsi numismata Romæ percussa sunt, ministris Maximini oppressis, sed paulo post Capellianus Mauris, & Numidis militibus collectis, Africanum filium penitus delet, quo cognito, Gordianus pater laqueo sibi vitam finit. Ejus nummi rarissimi sunt, & primæ tantum magnitudinis obseruantur.

IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS. AFR. AVG.  
Caput Gordiani laureatum.

\* PROVIDENTIA. AVGG. Fig. Muliebris stolata stans, dextra globum radio tangens, columnæ innixa, sinistra cornucop.

Hic nummus, primæ magnitudinis, quoad caput, rarissimus; quoad partem auersam, obvius est: In Africano filio inter riores numeratur.

**R**OMAE. AETERNAE. Figura galeata sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.

*Hic nummus, prima forme, in Afr. filio obuius, in patre rariſimus eſt, e Museo noſtro.*

**S**ECVRITAS. AVGG. Figura muliebris sedens, dextra baculum, sinistra cornucopix.

*Hic nummus, primi moduli, ſi caput attendas, rariſimus eſt, ſi partem aduersam, obuius. In Afr. juniore rariſimus.*

**V**ICTORIA. AVGG. Victoria alata gradiens, dextra lauream.

*Hic nummus, prima forme, Muſei D. Gaillard, pro raro ha- betur. In Afr. juniore obuius.*

**V**IRTVS. AVGG. Figura militaris galeata stans, dextra clypeo innixa, sinistra hastam.

*Hic nummus, prima forme, Cimeliarchij Ducis Sabaudie, interrariores collocandus. In Afr. juniore frequens.*

**P. M. TR. P. COS. P. P.** Figura togata stans, dextra ramum.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Cimelij Mag. Ducis Etruriae, pro raro cenſetur. In Afr. filio non inuenitur.*



GORDIANVS. AFR. junior, cum parente jam ætate prouecto Africæ præerat, & cum ipso Imperij particeps factus, contra Capellianum Maximini Ducem aduerso marte decertans, vulnera accepto occubuit. Relicto filio Romæ, qui Cæsar biennio post, imperantibus Balbino, & Pupieno, seditione inter milites & populum orta, appellatus, deinde ipsis occisis, solus Imperio potitus est. Gordiani Afr. nummi ejusdem sunt, quam Senioris, elegantia & raritatis. Desunt etiam ut in patre nummi secundæ magnitudinis.

IMP. C. M. ANT. GORDIANVS. AFR. AVG. Caput  
Afr. junioris laur.

\* PACI. AVGUSTAE. Figura muliebris stolata stans, dextra ramum oleæ, sinistra hastam transuersam.  
*Hic nummus, prime formæ, Thesauri Regis Christianissimi, eximia raritatis & elegantiæ est.*

GORDIANVS. AFR. IVN. 149

PROVIDENTIA. AVGG. Prouidentiae typus, vt in patre.  
*Hic nummus, primæ magnitudinis, Cimeliarchij Ducus Sabaudiaæ, inter rariores referendus.*

ROMAE. AETERNAE. Roma galeata sedens, vt in seniore.

*Hic nummus, primi moduli, quoad caput, inter rariissimos, in Museo Iulij Iustiniani Procurat. D. Marci, quoad partem auersam Vnetius obuius.*

SECVRITAS. AVGG. Fig. muliebris sedens, dextra at- \*

tollens bacillum.


*Hic nummus, primæ formæ, meus, inter rariores collocandus, in Seniore obuius.*

VICTORIA. AVGG. Victoria gradiens, dextra coronam, \*  
sinst. lauream.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, in patre rarus, in filio rarius, Cimeliarchij Magni Ducus Hetruriæ.*

VIRTVS. AVGG. Figura militaris galeata stans, dextra  
clypeum, sinistra hastam.

*Hic nummus, primæ formæ, D. Gaillard, pro parte antica in-  
ter rariissimos, pro parte auersa, obuius, etiam si in patre rarus,*



BALBINVS cum Pupieno Romæ à Senatu, extictis in Africa Gordianis, contra Maximinum hostem nominis Romani declaratum, electus est. Misso contra eum ingenti cum Pupieno exercitu, ipse pro rerum administratione Romæ mansit, sed inter se postea clam dissentientibus, anno Imperij secundo, à militibus occisi sunt. Ejus nummi primæ formæ rari, secundæ rarissimi sunt.

\* IMP. C. D. CAEL. BALBINVS. Caput Balbini laureatum. IOVI. CONSERVATORI. Iupiter nudus stans, dextra fulmen.  
*Hic nummus, secundæ magnitudinis, Thesauri Regis Christianissimi, rarissimus est; primæ non obseruatur.*

CONCORDIA. AVGG. Figura muliebris sedens, dextra pateram, sinistra duplex cornucopiæ.  
*Hic nummus, primi moduli, apud Iul. Zanona, Ravennæ, inter rariores recensendus; secundæ in Thes. Regio rarissimus.*

LIBERALITAS. AVGVSTORVM. Figura muliebris stola lata stans, dextra tesseram, sinistra duplex cornucopiae.

*Hic nummus, primæ formæ, rarus; secundæ rariissimus, & præstantissimus est in Thesauro Regis Galliarum.*

LIBERALITAS. AVGVSTORVM. Tres figuræ sedentes pro congiario distribuendo, aliis adstantibus.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, Cimelij Illusterrimi Lamonij, inter elegantiores collocatur; raritate tamen inferior est nummo Pupieni, eodem typō & epigraphe ornato.*

VICTORIA. AVGG. Victoria alata, dextra coronam, lœua ramum.

*Hic nummus, primi moduli, non tam in Balbino, quam in Pupieno obuius est, in Museo D. Regnard, Lutetiae.*

VOTIS. DECENNALIBVS. In medio laureæ.


*Hic nummus, primæ magnitudinis, pro raro censetur, sed secunda, apud P. Asselinum, rariissimus est.*

P. M. TR. P. COS. II. P. P. Figura togata stans, dextra ramum oleæ, sinistra Scipionem gerens.

*Hic nummus, primæ formæ, rarus, secundæ, meus, rariissimus est.*

PAX. PVBLICA. Figura muliebris sedens, dextra ramum oleæ.

*Hic nummus, primi moduli, in Thesauro Septaliano, in Pupieno obuius, in Balbino autem, inter rariores habendus.*



PUPIENVS ob summam rei militaris peritiam contra Maximinum à Senatu cum Balbino Imperator appellatus est. In cum è Græcia redeuntem ingenti belli apparatu progressus , Maximini , & ejus filij cædem accipit , eorumque capita ad se perlata Romam transmisit. Eandem etiam cum Balbino , militari seditione , sortem expertus , anno Imperij secundo occubuit. Ejus nummi primæ formæ , rari sunt ; sed præsertim cum nomine MAXIMI. Secundæ rariores , sed elegantia & singularitate Balbini nummis inferiores.

IMP. CAES. PUPIEN. MAXIMVS. Avg. Caput Pupieni laureatum.

LIBERALITAS. AVGVSTORVM. Figura mulieris stolata stans , dextra tesseram , sinistra duplex cornucopię.

Hic

*Hic nummus, prime magnitudinis, non obuius est; secundæ meus, inter rariores.*

**L**IBERALITAS. A V G V S T O R V M. Tres figuræ sedentes pro congiario, hinc Liberalitas adstans, & illinc figura militaris, tertia ascendit.

*Hic nummus, prime formæ, Thesauri Regis Christianissimi, rarissimus est. Diversi sunt typi,*

**P**R O V I D E N T I A. D E O R V M. Figura muliebr. stolata stans, dextra radium, sinistra cornucop. duplex, pro pedibus globus.

*Hic nummus, primæ magnitudinis, in Balbino obuius, in Pupieno rarus est.*

**S**A L V S. P V B L I C A. Figura muliebris sedens, dextra paſcit serpentem, sinistra cornucopiæ.

*Hic nummus, primæ formæ, Cimeliorum Ducis Sabaudiae, inter rariores recensendus.*

**V**I C T O R I A. A V G G. Victoria stans, ut in Balbino.


*Hic nummus, primi moduli, obuius; secundi in Thesauro Regio, rarus est.*

**V**O T I S. D E C E N N A L I B V S. In laurea.

*Hic nummus, prime magnitudinis, pro raro habetur; sed mediae formæ, in Gaia Ducis Parme, rarissimus est.*

**P.** M. T R. P. C O S. I I. P. P. Figura togata stans, dextra ramum oleæ, sinistra Scipionem.

*Hic nummus, prime formæ, obuius; secundæ, Musei D. Grana, inter rariores computandus.*



GORDIANVS, senioris Africani nepos; seditione inter Prætorianos & populum excitata, Cæsar quindecim annorum factus, imperantibus Balbino & Pupieno, post eorum cædem solus Imperio potitus est. Omnibus corporis & animi dotibus præditus; contra Persas profectus, artibus & insidiis Philippi, licet victor, anno Imperij sexto, imperfectus est, ætatis vigesimo secundo. Ejus nummi frequentes, & obuij, cum Cæfaris titulo rari sunt.

IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS. PIVS. Avg. Caput Gordiani laureatum.

AD LOCVTIO. AVGVSTI. Imperator stans in suggestu cum duabus figuris militaribus, adloquitur cohortes.

Hic nummus, prima magnitudinis, Thesauri Regis Christianissimi, prestantissimus & rariissimus est.

**L**IBERALITAS. Avg..... Tres figuræ sedentes pro \*  
congiario , cum aliis figuris stantibus.

*Hic nummus , primi moduli , Gaze M. Duciis Hetruriæ , sin-  
gularis elegantie & raritatis est.*

*Hic solus cum pluribus figuris Liberalitatis typus nobis est  
superstes ex quatuor congiariis.*

**F**IDES. MILITVM. Imperator paludatus eques, dextram \*  
eleuans , inter duo signa militaria.

*Hic nummus , prime magnitudinis , Gazophylaciij Regine  
Christine , inter rariores scribendus est.*

**M**ART. VICTOR. Figura velata , subsequentibus dua- \*  
bus aliis , sacrificans coram templo , in cuius peristylio  
scriptum legitur ΘΕΟΥ ΟΠΛΟΦΟΡΟΥ : ante Im-  
peratorem , poppa cum victima.

*Hic nummus , mediocris formæ , in Thesaur. Regis Christiani-  
issimi , à me collocatus , eximia raritatis & elegantie est.*

**M.** ANT. **GORDIANVS.** CAES. Caput Gordiani sine  
laurea.

**P**IETAS. AVGG. Instrumenta Pontificalia.

*Hic nummus , primi moduli , Musei Collegij Claromontani ,  
pro raro recensetur.*

**T**RAJECTVS. AVG. Pons super nauigia , quem transit  
Imperator paludatus , cum militibus , præente Victo-  
ria.

*Hic nummus , mediae formæ , Thesauri Regis Christianissimi ,  
rarisimus est.*

**V**ICTORIA. AVG. Figura equestris paludata , præceden- \*  
te victoria , dextra coronam , sinistra palmam.

*Hic nummus , prime magnitudinis , Cimeliarchij M. Duciis  
Hetruriæ , elegantiissimus est.*

\* VIRTVS. AVGVSTI. Imperator paludatus in equo, captiuum supplantans.

*Hic nummus, primi moduli, mihi dono datus à D. Lantier Aquisextano, inter rariores tenendus est.*

\* VIRTVTI. AVGVSTI. Imperator paludatus sedens, adstant duæ figuræ, & alia pone eum.

*Hic nummus, mediae formæ, Musei P. Affeline, rarus est.*

P. M. TR. P. II. COS. P. P. Quadrigæ triumphales auriante Imp. dextra Scipionem, in cuius summitate aquila.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Musei Doct. Malpighij, Bononie, inter rariores collocandus.*

P. M. TR. P. III. COS. P. P. Imperator paludatus in equo, dextram eleuans, sinistra spiculum gerit.

*Hic nummus, prime formæ, Thesauri Regij, rarus est.*

VOTIS. DECENNALIBVS. In medio laureæ.

*Hic nummus, primi moduli, rarus est, mediae in Museo P. Affeline, inter rariores numerandus.*




TRANQVILLINA Misithei Prætorij Præfecti filia, Gordiani Pij vxor, in nummis Græcis FVRIAE prænomine insignitur, in Romanis SABINIA, non autem SABINA, appellatur. Eam secundo Imperij anno duxit. Ejus nummi eximiæ raritatis sunt, & in hunc diem, vnicum primæ magnitudinis inspexi.

SABINIA. TRANQVILLINA. AVG. Caput Tranquillinæ.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Imperator dextram porrigit Augustæ.

*Hic nummus, prima formæ, ē Museo Illustriss. Seuij, ad Thesaurum Regium euectus, singularis elegantiæ & raritatis est, indubitate fidei, & contra omnem falsitatis suspectum.*



PHILIPPVS, Gordiano Pio fraude occiso, ab exercitu Imperator appellatus, à Senatu ejus litteris decepto confirmatus est. Anno urbis conditæ millesimo, ludos sœculares fecit, contra Trajanum Decium, ab exercitu in Pannonia Imperatorem salutatum, exercitum dicens, à suis Veronæ interficitur, anno Imperij quinto. Eius nummi triti & vulgares.

IMP. CAES. M. IVL. PHILIPPVS. AVG. Caput Philippi laureatum.

ADLOCVTIO. AVG. Duo Imperatores cum figura militari stantes in suggestu, adloquuntur cohortes.

*Hic nummus, prime forme, Constantinopoli apud Illustrissimum Haruum, Oratorem Anglum, à me inspectus, eximiae raritatis, & pretij est. Similem Maximi moduli possidet Illustrissimus Harlus cum capitibus Philipporum.*

ADVENTVS. AVG. Imperator paludatus eques, dextram eleuans, sinistra pilum.

*Hic nummus , prime , & secundæ magnitudinis , non ob-  
uius est.*

**L**IBERALITAS. AVGG. Duo Imperatores sedentes in  
substructione pro congiario distribuendo , aliisque stanti-  
bus , & adstantibus figuris.

*Hic nummus , primi moduli , in Museo Abb. Bracensis , &  
secundi in Thesauro Regis Christianissimi , eximie singula-  
ritatis , & elegantiæ est.*

**N**O B I L I T A S. AVGG. Figura muliebris , dextra hastam  
puram , sinistra globum.

*Hic nummus , primæ magnitudinis , è Museo Illustrissimi  
Senij , in Thesaurum Regium enectus , rarus est.*

**M**ILLIARIVM. SAECVLV M. Cippus in quo Cos. III.


*Hic nummus , prima formæ , rarus ; medie , mihi ab Ill.  
Abb. Bracensis donatus , rariissimus est.*

**S**AE CV LV M. NOVVM. Templum octo columnarum ; in  
cujus medio figura Iouis sedentis.

*Hic nummus primi , & secundi moduli , non vulgaris est.*


**V**O T I S. D E C E N N A L I B V S. In medio laureæ.

*Hic nummus prime , & secundæ magnitudinis , in Thesauro  
Regis Christianissimi , inter rariores collocandus.*



OTACILIA à multis falso OTACILLA  
nuncupata, vxor Philippi Senioris, & Iunioris  
mater, ludi sacerulares quarto Philipporum Imperij  
anno celebrati, in ejus nummis signati sunt.  
Marito & filio superstes fuit, eam Christum  
coluisse ferunt. Ejus nummi vulgares & obuij.

- \* MARC. OTACIL. SEVERA. Avg. Caput Otaciliæ Seueræ.  
IVNO. CONSERVATRIX. Fig. muliebris stolata stans,  
dextra pateram, sinistra hastam.  
*Hic nummus, prime forme, ap. P. Asseline, rarus est.*
- \* MILLARIUM. SAECVLVM. Cippus in area nummi.  
*Hic nummus, secundæ forme, rarus est, prime rarisimus,  
olim apud D. Hugonis I. V. D. Auencionensem.*
- \* PUDICITIA. Avg. Figura muliebr. sedens, dext. faciem  
velo obtagit, propedibus icuncula stans, prætextâ insignis.  
*Hic nummus, secundæ magnitudinis, in Thesauro Regis Gallicarum, rarus est.*
- \* SAECVLARES. AVGG. Capra Africana.  
*Hic nummus, prime forme, Thes. Regij, inter rariores habendus.  
M. IVLIVS.*



PHILIPPVS Iunior, Philippi & Otaciliæ filius, à patre Cæsar & consors Imperij factus, nihil mouit ob teneram ætatem; nam patre aduersus Decium profecto, Romæ relictus, à Prætorianis, audita parentis cæde, in sinu matris, anno ætatis duodecimo interfectus est. Ejus nummi frequentes & triti.

M. IVL. PHILIPPVS. NOB. CAES. Caput Philippi sine laurea.

PIETAS. AVGG. Vasa Pontificalia.

*Hic nummus, secundi moduli, ap. Io. Iac. Lauagna, inter rariores recensendus.*


IMP. M. IVL. PHILIPPVS. AVG. Caput Philippi laureatum.

SAECVLARES. AVGG. Hippopotamus.

*Hic nummus, prime magnitudinis Musei Sangenonefai, rarissimus est.*

VIRTVS. AVGG. Mars gradiuus, dextra hastam, humeris trophæum.

*Hic nummus, prima forme, meus, rarus est.*



DECIVS à Philippo contra Marinum, mis-  
sus; Marino autem à suis militari seditione occi-  
so, ipse ab exercitu Illyrico Imperator appellatus  
est, Philippus exercitu contra Decium comparato,  
Veronæ à militibus interfectus, & Decius à Se-  
natū Augustus renunciatus, deinde aduersus Go-  
thos, Thraciam, & Mœsiam deuastantes, ad-  
uerso marre decertans, anno Imperij secundo,  
cum filio Etruseo cæsus est. Ejus nummi vulgares  
sunt.

I M P . C . M . Q . T R A I A N V S . D E C I V S . A V G . Caput  
Decij laureati.

\* A D V E N T V S . A V G . Imperator eques, pacificatoris ha-  
bitu, dextram subleuans.  
*Hic nummus, prime, & secundæ forme, rarus est, in Thesauro  
Regis Christianissimi.*

\* D A C I A . F E L I X . Figura muliebris dextra signum militare.

*Hic nummus, prima magnitudinis, Musei Abb. Braceſij, inter rariores recensendus.*

**FELICITAS. SAEC VLI.** Figura muliebris stans, dextra caduceum, leua cornucopiæ.

*Hic nummus, secunda formæ, Musei D. Hugonis, rarus est, quamvis maximi moduli obuius sit.*

**LIBERALITAS. AVG.** Figura muliebris, dextra tesseram, sinistra cornucopiæ.

*Hic nummus, primi moduli, Dom. Oliuerij Nob. Pisaur. rarus est, mediocris obuius.*

**LIBERALITAS.** Imperator sedens in subſtructione pro \*  
congiario diſtribuendo cum aliis figuris ſtantibus.


*Hic nummus, prima formæ, Cimelij Ducis Vernoly, rariſſimus est.*

**PANNONIAE.** Duæ figuræ muliebres ſtolatæ, & velatae  
ſtantes, vtraque ſignum militare.

*Hic nummus, prima magnitudinis obuius, mediocris, in Mu-  
ſeo D. Grana, inter rariores habendus eſt.*

**VOTIS. DECENNALIBVS.** In medio laureæ.


*Hic nummus, primi moduli, Gaꝝ & Barberinae, rarus eſt.*



**ETRVS CILLA** Traiani Decij non amplius filia, ut vulgo antiquariis persuasum, sed pro eius vxore in locum creptæ Barbiæ Orbianæ habetur, quod confirmat singularis & elegans Græcus Regis Galliarum nummus, in quo ex aduerso Decii coniugis signata occurrit Etruscilla, ab ea autem ipsius filius Herennius Etruscus denominatus videtur. Eius nummi frequentes, & obuij.

\* **HERENNIA. ETRVSCILLA. Avg.** Caput Etruscillæ.  
 \* **CONCORDIA. Avg.** Figura muliebris sedens, dextra pateram, sinistra cornucopiæ gerit.  
*Hic nummus, prima magnitudinis, olim ap. Petr. de Chercemont, rarus est.*

**PVDICITIA. Avgusta.** Figura mulieb. sedens, dextram admouens peplo obuelanti faciem.  
*Hic nummus, mediocris formæ, Thefauri Regis Christianissimi, rarus est.*



Q. HERENNIUS Traj. Decij & Etruscliiæ filius, Cæsar à patre factus, ad expeditionem Gotthicam cum ipso properans, Augustus appellatus est, in quibusdam rarissimis nummis argenteis Imperator vocatus; primo conflictu decertans vulnere accepto, occubuit. Ejus nummi primæ formæ pro raris habentur, secundæ, rariores sunt.


Q. HER. ETR. MES. DECIVS. NOB. C. Caput Herennij sine laurea.

PIETAS AVGVSTORVM. Instrumenta Pontificalia. \*  
Hic nummus, primæ magnitudinis, Cimelij M. Ducis Etruria, rariſimus est.

PRINCIP. IVVENTVTIS. Figura muliebris sedens, sinistra sellæ innixa, dextra ramum gerit. \*

Hic nummus, primæ formæ, in Hostiliano obuius, in Q. Herennio inter rariores, collocandus, Thes. Regis Galliarum.





**H**OStILIANVS, Decij & Etruscillæ filius natu minor, Herennij frater, à patre Cæsar factus est, cùm ad bellum Scythicum properaret cum Herennio, ipso Romæ relicto, morte patris & fratriis comperta, à Senatu Imperator renunciatus est, sed paulo post peste atrocius sœuiente interiit. Ejus nummi primæ formæ rari, præsertim cum Imperatoris titulo, secundæ, rariores sunt, & ex vtroque modulo Herennij nummis elegantiiores.

**C. VALENS. HOSTIL. MES. QVINTVS. AVG.** Caput Hostiliani sine laurea.

\* **PRINCIP. IVVENTVTIS.** Figura paludata stans, dextra signum militare, sinistra hastam gerens.  
*Hic nummus, prima magnitudinis, inter rariores habendus in Museo Io. Petri Bellorij Rom. secundæ in Thes. Regio rariissimus est.*

PRINCIP. IVVENTVTIS. Figura muliebris sedens;  
ramum dextra gerit.

*Hic nummus, prime forme, frequens; secundæ, apud P. du  
Moulinet, rarus est.*

IMP. CAES. C. VAL. HOSTIL. MES. QVINT. AVG.  
Caput Hostiliani laureati.

ROMÆ. AETERNAE. Roma galeata insidens spoliis, \*  
dextra victoriolam, sinistra hastam, pro pedibus clypeus.  
*Hic nummus, secunda magnitudinis, etiam si detritus apud  
Car. Spon. Lugdun. eximie raritatis & elegantia est.*

SALVS. Figura muliebris stolata stans, dextra pateram, \*  
libans serpentem, sinistra hastam.

*Hic nummus, prima forme, in Cimeliarchio M. Ducis He-  
truriae, rariſimus est.*

SECVRITAS. AVGG. Figura muliebris stans dextram  
versus faciem eleuans, sinistro cubito columnæ imposito.  
*Hic nummus, primi moduli, apud D. Floriot I. V. D. Parisiis,  
inter rariores collocatur.*

VOTIS. DECENTNALIBVS. In medio laureæ. \*

*Hic nummus, prima magnitudinis, Thesauri Regis Christia-  
nissimi, prestantissimus est.*



G A L L V S , Decio & ejus filio , in acie cæsis ; Imperator à militibus appellatus , Romæ à Senatu cum Hostiliano Augustus confirmatus est . Hostiliano paulo post peste extincto , Volusianum filium , primo Cæsarem , deinde Imperij consortem adscivit . Ambo contra Æmilianum profecti , interempti sunt anno Imperij secundo . Ejus nummi vulgares sunt .

\* IMP. CAES. C. VIB. TREB. GALLVS. AVG. Caput Galli laur.

A D V E N T V S. A V G. Figura equestris dextram eleuans . Hic nummus , primæ formæ , Musei M. Kožini Sen. Veneti , inter rariores habendus .


L I B E R A L I T A S. A V G G. Fig. mul. stans, dext. tesseram, sin. corn.

Hic nummus , primæ magnitudinis , rarus , secunde , apud D. du Plessis Nob. Gallum , rarius est .

\* V O T I S. D E C E N N A L I B V S. In laurea .

Hic nummus , primi moduli obvius ; secundi rarus est , in Museo Io. Petri Bellorij .

CAIVS.



VOLVSIANVS Treboniani filius, Cæsar, extincto Hostiliano, à patre factus est, & consors Imperij, quando vterque contra Æmilianum, in Mœsia Imperatorem appellatum, profectus est. Sed ambo deserentibus militibus interempti sunt. Ejus nummi obuij sunt, nisi Cæsaris nomine insigniti.

C. VIB. VOLVSIANO. NOB. C. Caput Volusiani sine laurea.

PRINCIP. IVENTVT. Figura paludata stans, dextra hastam, lœua signum militare. \*

*Hic nummus, primæ formæ, Cimelij Illustr. Harlei, rarus est.*

IMP. CAES. C. VIB. VOLVSIANO. AVG. Caput Volusiani laur.

LIBERALITAS. AVGG. Fig. mul. cum tessera & cornucop. \*


*Hic nummus, primi moduli, P. du Moulinet, rarus est.*

IVNONI. MARTIALI. Templum in quo figura sedens.

*Hic nummus, prime & secundæ magnitudinis, apud D. la Lande, pro raro habetur.*

VOTIS. DECENNALIBVS. In laurea.

*Hic nummus, primi moduli, non obuius; secundi apud Ios. Magnauacca, inter rariores collocandus.*



AEMILIANVS, Scythis victoria, & De-  
ciorum cæde insolentibus, Romanas Prouincias  
vastantibus, fugatis, Imperator à militibus ele-  
ctus est; ad quem opprimendum Gallus & Vo-  
lusianus exercitum ducentes, imperfecti, S. C.  
confirmatus est. Sed quum Alpini milites Vale-  
rianum elegissent, à suis, tertio Imperij mense  
occisus est. Ejus nummi rarissimi sunt.

IMP. CAES. AEMILIANVS. P. F. AVG. Caput AEmi-  
liani laureati.

\* APOL. CONSERVATORI. Apollo nudus stans, dex-  
tra ramum, lœua citharam.

*Hic nummus, primi moduli, Gazæ Christine Reginæ, inter  
elegantiores reponendus est.*

\* AETERNITAS. AVGG. Fig. stans dext. globum cui in-  
sistit phœnix.

*Hic nummus, prime magnitud. Collegij Claromont. licet supra  
Treb. Galli nummum cufus, interrariores habendus.*

**I O V I . C O N S E R V A T .** Iupiter stans, sin. fulmen.

*Hic nummus, prima forma, P. du Moulinet, rarissimus est.*

**I O V I . C O N S E R V A T O R I .** Iupiter stans, sinistra fulmen, \*  
dextra Imperatorem pallio tegit.

*Hic nummus, prime magnitudinis, Musci Nic. Micheli, Ad-  
vocati D. Marci Venet. eximiae raritatis est.*

**P A C I . A V G .** Figura muliebris dextra ramum, sinistro cu- \*  
bito columnæ innixo, hastam transuersam gerens.

*Hic nummus, primi moduli in Thesauro Regio: secundi, apud  
Cl. Patinum, inter illustiores assignandus.*

**S P E S . P U B L I C A .** Figura muliebris stolata stans, dextra  
florem, sinistra vestem subleuans.

*Hic nummus, prime & mediae magnitudinis, in Cimeliarchio  
M. Ducis Hetruriæ, insignis est.*

**V I C T O R I A . A V G .** Victoria gradiens, dextra coronam. \*

*Hic nummus, prima forme, Cimelij Illustissimi Harlei,  
praclarus est, & insignis elegantiæ.*

**V I R T U S . A V G V S T I .** Figura militaris galeata stans, \*  
dextra ramum, pede sinistro galeæ imposito.

*Hic nummus, prima forme, P. Assel. insignis est, & conspicuus.*

**V O T I S . D E C E N N A L I B U S .** In laurea.


*Hic nummus, prime & mediæ magnitudinis, in Thesauro  
